Italy

CODEX

DIPLOMATICVS CAVENSIS

TOMUS TERTIUS

CODEX
DIPLOMATICVS CAVENSIS

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS

CURANTIBUS

DD. MICHAELE MORCALDI. MAURO SCHIANI.
SYLVANO DE STEPHANO. O. S. B.

ACCEDIT

APPENDIX

QUA PRAECIPUA BIBLIOTHECAE MS. MEMBRANACEA DESCRIBUNTUR

PER

D. BERNARDUM CAIETANO DE ARAGONIA O. S. B.

TOMUS TERTIUS

MEDIOLANI PISIS NEAPOLI
HULRICUS HOEPLI
EDITOR BIBLIOPOLA

MDCCCLXXVI

NEAPOLI — EXCUDEBAT PETRUS PIAZZI MDCCCLXXVI

INDEX CHRONOLOGICUS

MEMBRANARUM QUAE IN HOC VOLUMINE

CONTINENTUR

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCCLIX	993	Februario	VI	12. PANDOLFI et 6. LANDOLFI filii eius.	Memoratorium, quo per guadia Gagelpotus filius Amati de Ulmolongo, filium suum nomine Sandum ad novem annos tradit Bisantio filio Iaquinti, ut ei tribus post annis deserviat tamquam pastor, et pro annua mercede recipiat victum,. vestimenta et caligas, nec non quartam partem armentorum.	IV	81	1
CCCCLX	993	Februario	VI	10. IOANNIS et 4. GUAIMARII filii eius.	Venditio terrae in urbe Salerno facta Dumnello abbati ecclesiae S. Mariae ab Alerisio gastaldeo filio quondam Iaquinti, pro sexaginta auri solidis.	VI	82	2
CCCCLXI	993	Martio	VI	10. IOANNIS et 5. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta, coram Ioanne comite, inter Faraccum filium Stephani et Petrum nepotem eius filium Ciceri ex una parte, et Falconem filium Ioannis ex alia, qua per sacramentum definitur, bona in loco Apus-monte, ubi Paternum dicitur, pertinere ad praedictos patruum et nepotem.	IV	83	3
CCCCLXII	993	Martio	VI	10. IOANNIS et 5. GUAIMARII filii eius.	Instrumentum, quo, coram Petro iudice, Lanfrid diaconus filius quondam Iaquinti, declarat vendidisse et confirmasse Alphano germano suo medietatem terrae et domus in urbe Salerno subtus *plateam*, quae pergit ad *Fistolam*.	IV	84	5
CCCCLXIII	993	Novembri	VII	11. IOANNIS et 5. GUAIMARII filii eius.	Commutatio servorum Nicolai et Ioannis cum ancillis Grisa et Maria, facta inter Friderisium comitem filium quondam Radoaldi, et Maionem archidiaconum et abbatem S. Maximi.	IV	85	6
CCCCLXIV	993	Novembri	VII	11. IOANNIS et 5. GUAIMARII filii eius.	* Concessio terrae in urbe Salerno facta cuidam mulieri uxori Stephani ad annos duodecim, a Maione abbate S. Maximi, pro annuo censu tertiae partis tareni.	IV	86	8
CCCCLXV	994	Ianuario		11. IOANNIS et 5. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta inter Dumnellum abbatem ecclesiae S. Mariae, et Maraldum presbyte-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					rum filium Genci ex una parte, et Iaquintum filium Nandi et Falconem filium Leonis ex alia, circa divisionem bonorum in locis Copercla, Pelleczano et Silboncino.	IV	87	8
CCCCLXVI	994	Ianuario	VII	11. IOANNIS et 5. GUAIMARII filii eius.	Oblatio medietatis bonorum in locis Copercla, Pelleczano et alibi, a Maraldo filio Genci, facta ecclesiae S. Mariae, quae a principibus Ioanne et Sichelgaita constructa fuit Salerni.	IV	88	10
CCCCLXVII	994	Februario	VII	11. IOANNIS et 5. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium, quo Desigius filius quondam Mansonis, duas partes bonorum omnium, quae possidet iuxta fines stabianas, tradit Stephano archipresbytero Episcopii stabiensis filio Ioannis, ut pro consueto terratico laboret et seminet usque ad duodecim annos.	IV	89	11
CCCCLXVIII	994	Martio	VII	11. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Declaratio vicariationis terrarum in loco Tostaceo, seu commutationis factae inter Iaquintum filium quondam Machenolfi, et Grimoaldum levirum suum, filium Garofali.	IV	90	13
CCCCLXIX	994	Iunio	VII	11. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta in salernitano Palatio, astante Petro iudice, inter Antonium abbatem S. Laurentii, et Maionem abbatem S. Maximi, circa usum aquarum rivi, qui dicitur Faustini, de quo plerasque lites inter se habuerunt.	IV	91	14
CCCCLXX	994	Iunio	VII	11. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Diploma Ioannis et Guaimarii de concessione et confirmatione Monasterii S. Magni in loco Turano in Lucania, cum omnibus bonis eius, et ecclesiis subiectis, idest S. Primi *de Canniclo*, S. Mariae *de campo-rubo*, S. Mariae *da li plup-pi* et S. Fortunati, facta Andreae abbati praedicti monasterii.	A. M. a	16	16
CCCCLXXI	994	Augusto	VII	11. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium traditionis terrarum in Lucania ultra flumen Silesonem, a Dumnello			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					abbate S. Mariae de Salerno, factae Sellicto abbati S. Mariae de loco Pastorano, Iaquinto filio Ioannis et Ioanni filio Stabili, ut eas teneant, laborent, et proebeant quotannis quartam partem fructuum.	IV	92	17
CCCCLXXII	994	Septembri	VIII	11. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Traditio terrarum in loco Ribus-alto, facta, ad quatuor annos, Petro filio Iaquinti et Ragemprando filio quondam Mari, a Friderisio comite filio quondam Rodoaldi, pro tertia parte fructuum.	IV	93	19
CCCCLXXIII	994	Decembri	VIII	12. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Vicariatio, seu permutatio terrae in loco Bespanico iuxta flumen Picentinum, cum alia in eodem loco,facta inter Dumnellum abbatem S. Mariae, et inter Ioannem filium quondam Ioannis Gaidonis, et Ferum filium Ioannis.	IV	94	20
CCCCLXXIV	994	Decembri	VIII	12. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Instrumentum, quo Ursus faber, qui dicitur Caballarus, donat et confirmat Amelfrido generi suo in loco Beteri, ubi *Gallucantu* vocatur, reliquam partem terrae cum vinea, quam praeteritis annis iam ei donaverat et confirmaverat.	IV	95	22
CCCCLXXV	995	Ianuario	VIII	12. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium, quo Maio archidiaconus et abbas S. Maximi tradit Iaquinto filio Cennami et Grimo filio Muntori, arbustum in loco Montorio apud Rotam, ubi *ad Campum Faraonem* dicitur, ut teneant et laborent usque ad decem et quatuor annos, nonnullis oneribus servandis.	IV	96	24
CCCCLXXVI	995	Ianuario	VIII	12. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Traditio *morgencaph*, idest quartae partis bonorum, facta Delectae filiae quondam Randi a Mario viro suo filio quondam Iaquinti, alia die nuptiarum.	IV	97	25
CCCCLXXVII	995	Ianuario	VIII	12. IOANNIS et 6. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium conventionis factae inter Landoarium comitem filium quondam Lamberti ex una parte, et inter Risum,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Rodericum et Musandum germanos filios quondam Maraldi, Madelmum filium quondam Iaquinti, Sergium, qui dicitur *Piccecutu*, filium Ursi, et Gencum filium Petri ex alia, circa possessionem bonorum apud montem Falertium.	IV	98	26
CCCCLXXVIII	995	Ianuario	VIII	12. Ioannis et 6. Guaimarii filii eius.	Traditio bonorum in loco *Iobi* extra Salernum, facta cuidam Romano et Grusae uxori Ursi *Inginiusi*, a Dumnello Abbate ecclesiae S. Mariae de Salerno, pro terratico et medietate fructuum et vini.	IV	99	27
CCCCLXXIX	995	Ianuario	VIII	12. Ioannis et 6. Guaimarii filii eius.	Donatio terrae in loco Capaczana apud Salernum, facta Andreae filio Mundi a Maralda, Rocco, Domnando et Landolfo, recepto launegildo *auri solidis de tari duodecim ana quadtuor tari boniper solidos*.	IV	100	30
CCCCLXXX	995	Februario	VIII	12. Ioannis et 6. Guaimarii filii eius.	Conventio facta, coram Grimoaldo gastaldeo, inter Iaquintum filium Cennami, et Roderisium notarium filium Sergii, quoad possessionem terrae in loco Montorio, de qua litem inter se habuerant.	IV	101	31
CCCCLXXXI	995	Martio	VIII	12. Ioannis et 7. Guaimarii filii eius.	Concessio ad decem annos tenendi et laborandi terras et vineas Nuceriae apud ecclesias S. Petri et S. Benedicti, facta Ioanni surrentino a Falcone filio quondam Musi, plerisque oneribus servandis.	IV	102	32
CCCCLXXXII	995	Martio	VIII	12. Ioannis et 7. Guaimarii filii eius.	Traditio terrae pertinentis ad ecclesiam S. Maximi in loco Nuceria, facta ad septem annos Urso filio Audoaldi, a Ioanne presbytero filio Petri, nonnullis pactis servandis.	IV	103	34
CCCCLXXXIII	995	Martio	VIII	12. Ioannis et 7. Guaimarii filii eius.	*De eadem traditione, ut in praecedenti Charta.*	IV	104	35
CCCCLXXXIV	995	Martio	VIII	12. Ioannis et 7. Guaimarii filii eius.	*De eadem traditione, ut in Charta sub numero CCCCLXXXI.*	IV	105	37

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membrana Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCCLXXXV	995	Aprili	VIII	12. IOANNIS et 7. GUAIMARII filii eius.	Madus filius Ioannis...... Petrus filius Amandi, et Amandus filius Petri, coram Hadenolfo iudice, dant guadia Dumnello Abbati ecclesiae S. Mariae de Salerno, promittentes, divisuros cum eo bona communia in loco Laurito, a flumine Cerra usque ad Rivum-altum.	IV	106	38
CCCCLXXXVI	995	Aprili	VIII	12. IOANNIS et 7. GUAIMARII filii eius.	Confirmatio conventionis et donationis bonorum in loco Fonte ad S. Felicem, a Lupeno filio Sergii facta Leoni Presbytero fratri eius, ex mandato puellarum Teodenandae, Amorociae et Gemmae nepotum ipsius Lupeni.	IV	107	39
CCCCLXXXVII	995	Maio	VIII	12. IOANNIS et 7. GUAIMARII filii eius.	Theudericus advocatus ecclesiae S. Mariae, et Disigius filius Ingnoni presbyteri, coram Landenolfo comite, dant guadia inter se componendi litem, circa possessionem bonorum in loco Mitiliano.	IV	108	41
CCCCLXXXVIII	995	Iunio	VIII	12. IOANNIS et 7. GUAIMARII filii eius.	Traditio terrae et domus ultra flumen Lirinum, ad annum unum, facta Theodosio *Thdromarchu* a Petro presbytero et rectore ecclesiae S. Martini, nonnullis oneribus servandis.	IV	109	41
CCCLXXXIX	995	Iunio	VIII	12. IOANNIS et 7. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium conventionis factae inter Petrum filium quondam Mirandi, et Ioannem, Leonem, Sergium, Maurum, germanos, filios quondam Sergii, qui dicitur *Buccabitellu*, quoad possessionem et divisionem bonorum in loco Nuceria.	IV	110	42
CCCCXC	995	Novembri	IX	13. IOANNIS et 7. GUAIMARII filii eius.	Donatio *morgencab*, quod Daufa mulier a viro suo Landone receperat, ab eadem Daufa facta filiae suae Aloarae uxori Magenandi, accepto launegildo *camiso uno*.	IV	111	43
CCCCXCI	996	Februario	IX	13. IOANNIS et 7. GUAIMARII filii eius.	Testamentum, quo Ioannes clericus, morti propinquus, declarat iam tradidisse Leoni filio suo portionem bonorum, quorum alia intra et extra Sa-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					num relinquit Rogatae filiae suae, uxori Mastali, ac coetera disponit.	IV	112	45
CCCCXCII	996	Februario	IX	13. IOANNIS et 7. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium, quo Dumnellus abbas ecclesiae S. Mariae, ad annum unum, molendinum apud flumen Lirinum tradit, ad tenendum et regendum, Musando filio Ioannis, pro quindecim *terzariis grani boni mensurati ad terzarium*, aliaque adimpleat.	IV	113	47
CCCCXCIII	996	Martio	IX	13. IOANNIS et 8. GUAIMARII filii eius.	Venditio duarum glebarum agri cum quercelo in loco *Billanoba* apud Nuceriam, facta Ioanni, Petro et Iochardo filiis quondam Petri diaconi, a Guisone, Ioanne, Balsamo, et Romoaldo germanis, filiis quondam Petri, et a Landone et Madelfreda germanis filiis quondam Adi, pro viginti et octo tarenis aureis.	IV	114	48
CCCCXCIV	996	Aprili	IX	13. IOANNIS et 8. GUAIMARII filii eius.	Venditio bonorum in loco *Gallucantu* ultra *Petralena* in agro salernitano, in quibus Marinus Caballarius ecclesias S. Felicis et S. Nicolai aedificavit, facta Adalberto comiti ab Urso filio praedicti Marini.	IV	115	50
CCCCXCV	996	Iunio	IX	13. IOANNIS et 8. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium, quo Iaquintus clericus filius Gaudiosi, cum consensu Maionis abbatis ecclesiae S. Maximi, tradit Urso filio Petri *Papppacena* bona eiusdem ecclesiae, pro annuo censu tertiae partis fructuum.	IV	116	54
CCCCXCVI	996	Augusto	IX	13. IOANNIS et 8. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium, quo Petrus filius Dominici declarat sibi a Maione abbate ecclesiae S. Maximi tradidisse terram ad annos viginti, in urbe Salerno, ut domum ibi aedificet, pro annuo censu unius aurei tareni et medii.	IV	117	56
CCCCXCVII	996	Octobri	X	13. IOANNIS et 8. GUAIMARII filii eius.	Traditio terrae apud Nuceriam in loco Agella, facta Urso filio Petri, qui dicitur Pappacena, a Maione archidiacono et abbate ecclesiae S. Maximi,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					pro annuo censu terratici, medietatis vini, aliisque oneribus servandis.	IV	118	58
CCCCXCVIII	996	Octobri	X	13. IOANNIS et 8. GUAIMARII filii eius.	* *De eadem traditione, ut in praecedenti charta.*	IV	119	59
CCCCXCIX	996	Octobri	X	13. IOANNIS et 8. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium, quo Petrus presbyter filius quondam Marini *Sarnese*, et rector S. Angeli in urbe Salerno, *a suptus et propinquo platea que deducit ad porta elini*, tradit Iaquinto germano suo terram, ut ibi domum construat et possideat usque ad viginti et quatuor annos, pro annuo censu unius tareni aurei. Ipsis vero completis annis, retradatur predictae ecclesiae.	IV	120	60
D	997	Decembri	X	14. IOANNIS et 8. GUAIMARII filii eius.	In sacro salernitano palatio, adstantibus Principibus, Adenolfus comes mandatum dat, ut Dumnellus abbas ecclesiae S. Mariae (Salerni) litem componat cum Leone atrianense filio quondam Ursi *Inginiusi*, circa possessionem terrarum in loco *Iobi* extra Salernum.	V	1	61
DI	997	Ianuario	X	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta coram Adenolfo comite et iudice, iuxta legem et consuetudinem Romanorum, inter Ioannem atrianensem filium Ursi *de Dumeti*, Grusam uxorem suam filiam Sergii, et Grusam et Blactam sorores suas, circa dotes et divisionem bonorum in loco Veteri.	V	2	61
DII	997	Ianuario	X	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta coram Leone iudice, inter Petrum filium Maraldi et Petrum filium Petri presbyteri, litigantes inter se de possessione terrarum cum castaneto et quercieto in loco Nuceria, ubi Pucianum vocatur.	V	3	63
DIII	997	Martio	X	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Traditio terrae, quam ecclesia S. Maximi possidet in loco Barbaciano, *a super campu ubi proprio at castaneolu dicitur*, facta Petro et Stephano			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					germanis filiis Ioannis presbyteri, et Ioanni qui *Gentile* vocatur, ad annos duodecim, a Maione abbate predictae ecclesiae, plerisque oneribus servandis.	V	4	65
DIV	997	Martio	X	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	*De eadem locatione, de qua antecedens.*	V	5	67
DV	997	Martio	X	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta, coram Adenolfo comite et iudice, inter Dumnellum abbatem ecclesiae S.Mariae, et Ursum filium quondam Iaquinti, quoad divisionem terrarum et domus intra Salernum apud Portam Rotensem, et aliis in locis.	V	6	68
DVI	997	Aprili	X	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta coram Petro iudice, inter Friderisium comitem filium quondam Romoaldi, et inter Mansonem filium quondam Mastali comitis, et Mondam monacham, de scalis constructis in quadam terra ad Ortum-magnum.	V	7	70
DVII	997	Iunio	X	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Iudicium cum sententia, qua Petrus comes componit litem exortam inter Dauferium iudicem, et inter Dominicum filium quondam Gualperti, Disium filium quondam Adelmarii, et Maraldum filium quondam Ciceri, circa possessionem terrarum in Stricturiis, ubi Cotrilanum et Calianum dicitur.	V	8	71
DVIII	997	Augusto	X	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Brevis, quo Petrus presbyter et rector ecclesiae S. Martini, ad duodecim annos tradit Gictio et Cicero germanis filiis Maurontii, terras in urbe Salerno, ut domum ibi aedificent, nonnullis oneribus servandis.	V	9	72
DIX	997	Septembri	XI	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Ioannes et Iaquintus germani filii Grimoaldi, et Cicerus filius Amati, fratrescon sobrini, consentientibus uxoribus suis, post divisionem iam factam bonorum, in loco Airola in finibus Mitiliani, cum Maione abbate ecclesiae S. Maximi, eidem ec-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					clesiae suam portionem offerunt.	V	10	73
DX	997	Septembri	XI	14. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	* Venditio medietatis domorum in castro Capitis — aquarum, facta Pinnino clerico filio Mauri, a Ioanne, Petro, Ragemprando, Maraldo, Mirando, germanis filiis Angeli, et ab Alderisio et Petro germanis filiis Mauri, pro viginti et quatuor tarenis aureis.	V	11	75
DXI	997	Novembri	XI	15. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Declaratio, qua Amatus presbyter et notarius filius Ianelhisi, bona, domos et ecclesiam S. Symeonis offert ecclesiae S. Mariae (Salerni), cui Dumnellus abbas praeest.	V	12	76
DXII	997	Novembri	XI	15. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	* Donatio medietatis bonorum intra et extra Salernum in loco Capaczana, facta Gemmae filiae Andreae, a Petro atrianense filio Stephani.	V	13	77
DXIII	997	Decembri	XI	15. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium, quo, astantibus Petro iudice et Romoaldo gastaldeo, pro vice ecclesiae S. Maximi, Machenolfus subdiaconus filius Granati, ad pactionem venit cum Iaquinto filio Mani, ut ipse Iaquintus bona in loco Montorio restituat praedictae ecclesiae S. Maximi.	V	14	77
DXIV	997	Decembri	XI	15. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Guiselgarda uxor Ursi remittit et tradit Prando, Ioanni et Balsamo filiis suis quartam partem bonorum suorum, idest suum *morgencab*, reservato usufructu, dum vivat, aliisque oneribus spiritualibus adimplendis post suum obitum.	V	15	78
DXV	998	Ianuario	XI	15. IOANNIS et 9. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta inter Grimoaldum filium quondam Ciceri, et Aghenolfum germanum suum, propter divisionem, iam factam inter se, de una *clusuria* terrae cum arbusto in loco Surnulo apud Rotam.	V	16	79
DXVI	998	Iunio	XI	15. IOANNIS et 10. GUAIMARII filii eius.	Venditio bonorum in loco Fonte apud Amalphiam, facta Ioanni filio Mauroni comitis			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					amalphitani, a Theodenanda filia quondam Leonis, qui *Circulu* vocatur, iuxta legem Romanorum consentiente viro suo, pro quadraginta tarenis aureis.	V	17	81
DXVII	998	Iunio	XI	15. IOANNIS et 10. GUAIMARII filii eius.	Venditio terrarum in loco Transboneia in finibus Mitiliani, facta Ioanni atrianensi filio quondam Ursi a Iaquinto filio Ioannis, solutis octo tarenis aureis.	V	18	82
DXVIII	998	Iulio	XI	15. IOANNIS et 10. GUAIMARII filii eius.	Traditio terrarum pertinentium ad ecclesiam S. Maximi in loco Montorio, ubi ad Campum—Faraonem dicitur, facta, ad decem annos, Rigali filio quondam Domnandi et Muscato filio quondam Oliti, a Maione presbytero et Maghenolfo clerico, plerisque oneribus servandis.	V	19	83
DXIX	998	Augusto	XI	15. IOANNIS et 10. GUAIMARII filii eius.	* Locatio terrarum in loco Tusciano, per Guaiferium filium Guaiferii comitis facta Alphano filio Petri, Balsamo filio Petri, et Godelghiso filio Maraldi.	V	20	85
DXX	998	Septembri	XII	15. IOANNIS et 10. GUAIMARII filii eius.	Memoratorium conventionis factae inter Ferum filium quondam Ioannis, et Petrum filium quondam Maurontii, de divisione terrae et vineae in loco Campiliano extra Salernum.	V	21	86
DXXI	998	Septembri	XII	15. IOANNIS et 10. GUAIMARII filii eius.	Guadia data, ante Petrum iudicem, Maioni abbati ecclesiae S. Maximi a Ioanne filio Alperti, Ioanne filio Boniczi, Leone greco filio Ioannis greci, et ab Andrea filio Rachisii, qui ad unum annum obligant se laborare et seminare agrum in loco Maiorano, pro consueto terratico.	V	22	88
DXXII	998	Octobri	XII	15. IOANNIS et 10. GUAIMARII filii eius.	Conventio facta coram Petro comite, inter Dauferium iudicem pro parte et vice ecclesiae S. Mariae (Salerni), et inter Dominicum filium Gualperti, Disigium filium Adelmarii, et Nan-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					dum filium Adelhisi circa possessionem et divisionem bonorum in locis Correiano, Erbaro, Roso et Aqua-argenza apud Stricturias.	V	23	89
DXXIII	999	Ianuario	XII	16. Ioannis et 10. Guaimarii filii eius.	Conventio facta inter Dumnellum abbatem ecclesiae S. Mariae et Disigium de Iufuno filio Almari, circa divisionem bonorum in ipso loco Iufuno in finibus Stricturiae, ubi dicitur Calianum, Correianum, Beterale, Pescatum et Castaniola.	V	24	90
DXXIV	999	Ianuario	XII	16. Ioannis et 10. Guaimarii filii eius.	Iaquinta filia quondam Erchemperti, vidua Ioannis, monasticam vitam amplexa, declarat remisisse et confirmasse Sesamo et Licto filiis suis omnia bona sua, plerisque oneribus servandis.	V	25	91
DXXV	999	Ianuario	XII	43. Basilii Imperatoris	Venditio terrae in loco sub monte Presbitero apud Luceriam a Nandolfo, filio Ioannis facta Mario vitrico eius, pro sex miliarensibus, coram Ottone iudice, et consentiente Alferana uxore praedicti Nandolfi.	V	26	93
DXXVI	999	Ianuario	XII	11. Guaimarii Principis.	Memoratorium, quo Musandus abbas monasterii S. Sophiae (Salerni) tradit terram et *curtem* in loco Nuceria, Urso filio quondam Ursi, nonnullis pactis adimplendis.	V	27	94
DXXVII	999	Octobri	XIII	11. Guaimarii	Venditio bonorum in loco Capazzana, ubi dicitur *Sabuculo* extra Salernum, facta Ioanni Russo filio Petri, ab Alphano filio quondam Petri, pro viginti et duobus aureis tarenis.	V	28	96
DXXVIII	999	Novembri	XIII	11. Guaimarii	Instrumentum de mediatore adhibito pro bonis subtractis ecclesiae in Stricturiis, ubi Martoranum dicitur, inter Abbatem S. Maximi et Catum filium Romoaldi.	V	29	98

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DXXIX	1000	Februario	XIII	11. GUAIMARII	Traditio terrae pertinentis ad ecclesiam S. Maximi in loco Nuceria *ad Turrem medianam domnicam*, facta Leoni presbytero greco et Theodosio greco filiis Caloiuri presbyteri, a quodam Iaquinto, cum consensu Maionis abbatis predictae ecclesiae, per annos duodecim, pro annuo censu duarum gallinarum.	V	30	98
DXXX	1000	Februario	XIII	11. GUAIMARII	* *De eadem traditione, ut in praecedenti Charta.*	V	31	100
DXXXI	1000	Martio	XIII	12. GUAIMARII	Memoratorium, quo Buccus clericus filius Ciceri, coram Grimoaldo salernitano Archiepiscopo, tradit Grifo et Siconi germanis filiis quondam Falconis, terras ipsius Archiepiscopatus, quas in beneficium retinebat, plerisque oneribus servandis.	V	32	100
DXXXII	1000	Martio	XIII	12. GUAIMARII	Conventio facta inter Petrum filium Petri atrianensis, et inter Ursum, Leonem et Lupenum atrianenses germanos filios Lupeni, propter divisionem terrarum et vinearum in loco Vetere apud Salernum.	V	33	102
DXXXIII	1000	Aprili	XIII	12. GUAIMARII	Commutatio terrarum in loco Propiciano, facta, coram Adenolfo comite et iudice, inter Liosprandum, filium quondam Iannelgarii, et Dumnellum abbatem ecclesiae S. Mariae (Salerni).	V	34	105
DXXXIV	1000	Maio	XIII	12. GUAIMARII	* Donatio terrarum ac duorum molendinorum in loco Vetere, facta Monasterio S. Nicolai de Gallocanta, per Aloaram comitissam filiam Madelfrit comitis et per Guaiferium comitem filium eius.	V	35	107
DXXXV	1000	Augusto	XIII	12. GUAIMARII	Traditio terrae in urbe Salerno, facta Ligorio filio Ioannis Surrentini a Maione Abbate ecclesiae S. Maximi, ut domus ibi aedificetur, nonnullis oneribus adimplendis.	V	36	108

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DXXXVI	1000	Augusto	XIII	12. GUAIMARII	Diploma Guaiferii comitis filii quondam Landoarii comitis, qui, morbo laborans, donat ecclesiae S. Mariae terram cum domo in urbe Salerno.	A. M. a	17	109

CODEX CAVENSIS DIPLOMATICUS

CCCCLIX.

A. D. 993.

† In nomine domini duodecimo anno domni paldolfi gloriosus princeps et sexto anno principatus domni landolfi filii eius, mense februarius sexta indictione. Memoratorium factum a me bisanteo filio iaquinti, eo quod ante nobiliorum subscriptorum testium per bonam convenientiam guadia michi dedit gagelpoto filius amati clerici de ulmolongum et mediatorem michi posui se ipso oc tinore, ud amodo et usque nobem annos espletum ipso filio suo nomine sando quod michi dedit, michi non tollere neque contrare et iuxta legem da omnis homines defensare, et amodo usque tribus anni conpleti nullum serbitium nobis inde non querere, pro quo est infans, et pro amorem dei illum nutrio sicut filius meum. da tribus anni conpleti et in antea usque sex anni, quod flunt toti ipsi anni nobem, debeat ponere ipsum infantulum filium suum ponere sibe at porci aut at caprei, quale ego potuero abere, et ipse infantulum debeat caplare [1]) ipsa animalia et curam bonam inde abere, et de ipsa hanimalia quod inde curam abuerit, dabo inde ei quartam partem, tribus portionis michi abere: ego autem debeo usque in ipso constituto illos nutrire et dare ei bestimenta et calciamenta sicut pastores meruerit, et amodo et usque nobem annos espletos illos michi non tollere neque contrare, et iuxta legem da omnis homines defensare; et si michi fugierit, tribuat nobis licentiam, ubi ego vel missos meos invenerimus, potestatem abeamus illum prindere et disciplinare, et in meo serbitio rebocare; et si inde causare presunserit, quale iuxtitia a nos quesierit, alia tale se obligabit nobis facere; tamen si aput eum ierit, ille michi rebocare. quod si ec omnia, quomodo superius legitur, michi vel cui iste brebe pro parte mea in manu paruerit, non adinpleberit, decem solidos constantinos nobis conponere obligabit, et per invitis illos nobis adinplere per eadem guadia et se ipso mediatore.

† ego iaquintus subdiaconus et notarius interfui

† ego tamarus diaconus

† ego rofrit.

---

[1]) *Caplare* idem ac *capillare* — tondere.

CCCCLX.

A. D. 993.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri iohanni et quarto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense februarius sexta indictione. Ideo que hego alerisi castaldus filius quondam iaquinti, sicut mihi congruum est, per hanc cartulam mea bolumtate pro pars et bice hecclesie sancte marie, quem supradictus domnus iohannes principe et domna sichelgaita principissa uxor eius a nobo fundamine construsserunt in curte sua de intus hanc salernitanam cibitatem inter muro et muricino, in quo dumnellus presbiter abbas preest, venumdedit supradicti abbati terra mea baciba cum aliquanta lingnamina intus prefatam cibitatem ibique inter muro et muricino propinquo ipsa ecclesia per finis et mensuria. da pars orientis fine platea qui deducit ad posterola, et inde sunt per longitudo pedes triginta quadtuor ; et de capite fine facie de muro suprano uius cibitatis , et inde sunt per latitudo pedes triginta ; et da pars occidentis fine mea , et inde sunt per longitudo pedes alii triginta quadtuor ; et da pars meridie fine bia mea que alerisi et de sortifices meos, et inde sunt per latitudo pedes alii triginta: totum mensuratum fuit ad talem pedem manum homini , quantum cartula ista in capite est lata [1]). hec tota et inclita ipsa terra per iamdicte finis et mensuria ipsa percurrit cum ipsa aliquanta lingnamina pro pars ipsius ecclesie tibi iamdicto abbati venumdedimus, cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de ipsa via, inclitum illut tibi venumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius hecclesie eiusque rectores, et cui per pars ipsius ecclesie illut vel exinde datum paruerit et eius heredes, illut habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod voluerit, absque omni requisitione et contrarietatem mea qui supra alerisi castaldi et de meos eredes aut cuiquam hominibus. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc mea vindictione a presentis recepi a te supradictus abbas pro pars predicte ecclesie sexaginta auri solidos de tari ana quadtuor auri tari voni per unoquoque solido , quod in eadem ecclesia dati sunt per supradicta domna sichelgaita principissa pro amore omnipotenti deo et salbationis anime sue. finito quem pretium ipsum aput nos ea quidem ratione, per vona combenientia mea bolumtate ego supradictus alerisi castaldus guadia tibi iamdicto dumnelli presbiteri et abbati dedit et mediatorem tibi posuit petrus comes congato meus

---

[1]) Mensura huius membranae metro aequiparata constat triginta et quinque centimetris et duobus millimetris.

filius quondam adelferi; et per ipsa guadia obligo me et meos filios et heredes amodo et semper antistandum et defensandum ad pars ipsius ecclesie inclita supradicta mea vindictione cum bice de ipsa bia, et cui vel ubi per pars ipsius ecclesie illut vel exinde datum paruerit et ad eius heredes, da omnis homines omnique partibus, et non aliquit exinde eorum tollere aut contrare queramus. si autem, sicut dictum est, taliter illut in eadem ecclesia, et cui vel ubi per pars ipsius hecclesia illut vel exinde datum paruerit, non defensaberimus vel aliqua causatio exinde eorum preposuerimus, tunc questio et causatio nostra et de nostros heredes adversus pars predicte ecclesie, et cui pro pars ipsius ecclesie illut vel exinde datum paruerit, sit inde tacita et vacua, et duplum supradicto pretium componere obligo me et meos filios et heredes ad pars ipsius ecclesie, et cui vel ubi pro pars ipsius ecclesie illut vel exinde datum paruerit, et, sicut dictum est, omnia suprascripta eorum adimpleamus. tamen, quando pars ipsius ecclesie et cui per ipsa ecclesia datum paruerit, illut vel exinde per se inde esset auctores voluerit, tunc vice nostra licentiam et potestatem abeant in omnibus inde causare et finem facere, qualiter voluerit, cum quale monimen et ratione inde abuerit. Nam, quando nos quesieritis inde abere auctores, ego autem et meos filios et heredes illut eorum defensemus et omnia adimpleamus, quantum et quomodo superius legitur, per supradicta guadia et obligata pena. Et taliter scribere rogavimus te iohannes notarius. hactum salerno.

† ego adenolfus

† ego petrus

† ego teudericus me subscripsi.

CCCCLXI.

A. D. 993.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri iohanni et quarto [1]) anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense martius, sexta indictione. in sacratissimo salernitano palatio ante supradicte gloriose potestatis, ibique ante eius bestigiis astaret ego iohannes comes, tunc ibique coniunti sunt causatores faracco filius stephani et petrus nepotem eius filius ciceri, seu nec non et ibidem venit falco filius iohanni, ad faciendum inter se finem de rebus de locum apusmonte ubi paterni vocatur, quod quedam mulier no-

[1]) Lege: *quinto*; nam a mense Martio quintus incipiebat annus principatus eius.

mine adeltruda filia iohanni que fuit uxor ursi filii eregari, qui fuerunt abius et avia ipsius falconi, secundum legem benumdederat stephani genitor et avio de ipso thio et nepotes, idest tota et inclita ipsa quarta de omnes rebus que fuit predicti ursi viri sui, et qualiter ab eodem viro suo ei tradita fuit alio die sue copulationis, inclitum illut ipsa mulier unaque cum ipso urso virum suum eidem stephani venumdederat, sicut continet cartula illa que scripta est per guisonem supdiaconum et notarium, in quo scripti invenimus lambertus castaldus et per aliis sufficienter roborata. unde ibique in eadem presentia per ipsi thio et nepotes cartula ipsa ostensa et relecta est que taliter, sicut diximus, et aliut contineba. ipse falco bolebat ibidem introire per una scriptio, que scripta fuerat in territorio lauretano, et clarificavat in ipsa scriptio, qualiter ipse stephanus quarta ipsa donasse ipsius falconi illuc lauri [1]). ipsi thio et nepotes dicebant non esset veritas, et a quo ipsa cartula ipsius stephani emissa fuit da predicta mulier, usque ad ovitum ipsius stephani rebus ipsa tenuisse et dominasse, et da obitum ipsius stephani usque modo ipsi thio et nepotes eos tenuisse et dominasse. unde interrogavimus ipsum falco, ut si secundum legem potuerit firmare, qualiter, vibente ipsum stefanum aut post eius defuntione, rebus ipsa tenuisse et dominasse; ille autem manifestavi talia facere non potere. unde inter eis iudicavi et per partes illis guadiare feci, pro qua ipsi thio et nepotes rebus ipsa exe possessuri ac dominaturi, ut ipse falco pararet sancta dei evvangelia et ipsi thio et nepotes iurare ei secundum lege, ut rebus ipsa que ipsa cartula continet, ipse stephanus genitor et avio eorum et illis usque modo rebus ipsa tenuisse et dominasse; et ubi taliter inde iuraverint ipsi thio et nepotes et illorum eredes, rebus ipsa securiter sibi abeant adque possideant sine omnes contrarietate vel requisitione ipsius falconi et de eius eredes; quoniam taliter inter illis per partes fieri complacui esse. et plicaret ipse falco ipsa scriptio et eas capsere, et capsata aput ipsi thio et nepotes eas remittere. unde per partes mediatorem posuerunt amato generum aloare, et pro parte de ipsi thio et nepotes ec scribere fecimus te alderissi notarium qui interfuisti. verumtamen oc memoramus adiungere in ipsum sacramentum, que ipse stephanus et que illis rebus ipsa per expletam possesionem illos tenuisse et dominasse. et taliter subiungere fecimus te superius alderissi notarium.

† ego qui supra ioannes comes.

---

[1]) *Lauris* in Lucania.

CCCCLXII.

A. D. 993.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri iohanni, et quinto anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense martius, sexta indictione. ideo que ego lanfrid diaconus filius quondam iaquinti clarefacio, quoniam pertinentes est mihi et alphani germani mei tota et inclita terra et casa, quod ipse genitor et genetrice nostra abuerunt intus hanc salernitanam cibitatem a subtus platea qui pergit ad ipsa fistola, medietas mihi ipsa terra et casa et andita sua, et ipsa alia medietas predicti alphani; et congruum est mihi tota et inclita ipsa mea medietatem benumdare ad predicto alphano germanus meus. et ideo ego iamdictus lanfrid mea bolumtate ante presentia petri iudici per hanc cartulam benumdedi, adque ad semper abendum confirmabi tibi iamdicti alphani tota et inclita ipsa mea medietate de predicta terra et casa et andita sua cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis. Unde de inclita ipsa medietate, quem superius dixi mihi est pertinentes, nullam mihi vel uxori mee, aut cuiqua ominibus, vel in quavis partibus restitit, aut dicimus remanere sortionem; set, sicut superius diximus, tota et inclita ipsa medietate terra et casa et andita sua, qui fuit ipsius genitori et genetrici nostrè, tibi iamdicti alphani benumdedi, ad securiter et firmiter amodo et semper tu nominatus alphanus quam et tuis eredibus illut abendum, possidendum, omnia inde faciendum quod bolueritis. Unde pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra bindictione, nunc a presentis recepî a te exinde, i sunt auri tari boni per solidos, sicut inter nos combenit in omnis deliberatione. de qua per bona combenientia ego supradictus lanfrid guadia tibi nominati alphani dedi et mediatorem tibi posui me ipsum; etc. *Sequitur consueta formula. Pro guadiis definitum fuit duplum pretium.* et pro vestra securitate dedit tibi sortionem meam de una cartula continentes: rampertus filius scamperti donasset ragimpoti filio ragemfrid et marie filie sue medietatem omnis rebus sua de locum dupino finibus mitilianense, et integra terra cum binea, quam ei donatum fuit da potefrid filio poterici in locum iobi: in simul et donabit illorum medietatem ipsa casa sua terranea, quas abuit intus salernitanam cibitatem edificata in ipsa terra, quas ei benumdedit gaido castaldus cum parietibus suis et sericidia sua et cum andita sua; tali tinore ipsa cartula tibi dedi, ut, quando tu vel tuis eredibus bolueritis de supradicta nostra bindictione per vos ipsis esset auctores, potestatem abeatis cum illa et cum alia ratione que inde abueritis, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis; et quando nos quesieritis exinde

abere auctores, ostendite ipsa cartula, et uniter exinde causemus usque ad finitam legem et defensemus vobis supradicta bindictione, sicut supra dictum est; et quando mihi vel ad meis eredibus necesse fuerit ipsa cartula pro ipsa alia rebus que continet, et fecerimus vos exinde scire, vos autem detis nobis ipsa cartula, abendum nos illam salba usque dies triginta, et postea remittamus aput vos illam salba, ad abendum omni tempore in supradicta ratione per supradicta obligata pena: tantum predicta nostra bindictione ipsa genetrice nostra diebus bite sue tenere a vestra parte, sicut a nos illa tenere debuerit. et taliter scribere rogabimus te ademari notarium. hactum salerno.

† ego qui supra petrus iudex

† ego romoaldus notarius me subscripsi

† ego mascinu.

CCCCLXIII.

A. D. 993.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri iohanni, et quinto anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense nobember, septima indictione. declaro ego friderisus comes filius quondam radoaldi, quoniam supradictus domnus iohannes una cum domna sikelgaita principissa uxor sua donaberunt mihi duos servos suos adulescentes nomina illorum iohannes et nicola, ad securiter ego et cui et ubi per me dati paruerit . . . . quod mihi emiserunt inde inclite personis ipsorum iohanni et nicole servos abendum . . . . . et illorum personis faciendum omnia quod voluerimus; et obligaberunt se ipsi domnus iohannes et domna sikelgaita principes et suis heredibus, semper antistandum et defensandum mihi, et cui vel ubi per me dati paruerit et ad nostris heredibus, et cui carta ipsa in manum paruerit, inclite personis ipsorum iohanni et nicole da omnes homines omnique partibus; et, si illis nobis defensare non potuerit, adimplerent nobis nostrisque heredibus iustitia, sicut in lex nostre langnobardorum de donum et launegilt continet. et, si taliter non adinpleberint et aliquit exinde remobere aut contrare quesierint, componere obligaberunt se et suis eredibus mihi et cui vel ubi per me dati paruerit et ad nostris eredibus, et cui carta ipsa in manum paruerit, centum auri solidos constantinos, et sic nobis adimplerent, et questio eorum exent inde tacita et bacua; et, quando ego et cui vel ubi per me dati paruerint et nostris eredibus, et cui carta ipsa in manum paruerit, voluerimus per nos ipsis

inde esset auctores, potestatem aberemus bice illorum in omnibus inde causare et finem facere, qualiter voluerimus, cum quale monimen et rationem inde abuerimus. et ego ante presentia petri iudici ostedi supradicta carta scripta per petrus notarius roborata sufficienter; et ante ipsum iudicem missum supradicti principis, et ibidem exent subscripti idoneis hominibus, ego iamdictus friderisi per hanc carta per bona combenientia commutationis ordine tradidi tibi maioni arhidiaconi et abbati ecclesie sancti maximi situs intus hanc salernitanam cibitatem, una tecum exet de parentibus tuis, qui sunt dominii de ipsa ecclesia, ambo supradicti serbi iohannes et nicola inclite illorum personis, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique successoribus illis servos abendum et de illorum personis faciendum omnia quod volueritis. unde pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra tradictionem per alia carta, que aput nos scripta retinemus, recepimus a te iamdicto abbate et da ipsi parentes vestri, qui sunt dominii de ipsa ecclesia, de familiis predicte ecclesie due parbule infantule, nomina illorum grisa et maria, qui sunt filie mirandole ancilla predicte ecclesie; finitoque vicaria ipsa aput nos, ea ratione, per vona combenientia obligabi me qui supra friderisi et meis eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tibi iamdicto maioni abbati ed ad tuis successoribus inclite personis ipsorum iohanni et nicole da illi hominibus et partibus, cui per me dati vel obligati paruerit, et qui pro nostris partibus quodcumque causationes inde preposuerit. et si taliter illis non defensaberimus, aut si nos nostrisque heredibus quesierimus aliquit exinde tollere aut contrare seu remobere, per bona combenientia componere obligabi me et meis eredibus tibi tuique successoribus quingentos auri solidos constantinos; de aliis hominibus et partibus non queratis nos exinde abere auctores vel defensores, set pro vestra defensione dedimus tibi supradicta carta, quam supradictus domnus iohannes et domna sikelgaita principes mihi, sicut superius dictum est, emiserunt de personis ipsorum iohanni et nicole, ut, cum illa et cum quale alia rationem abueritis, per vos ipsis siatis auctores et defensores. et taliter scribere rogabimus te petrus notarius. actum salerno.

† ego qui supra petrus iudex

† guido

† ego grimoaldo

† ego pando.

CCCCLXIV.

A. D. 993.

Summarium

† Undecimo anno principatus domni iohannis et quinto anno principatus domni guaimarii eius filii, mense Novembri, septima indictione.

Memoratorium factum a Maione abbate ecclesiae sancti Maximi, quo conceditur cuidam mulieri, quae fuit uxor stephani, unum *applictum* de terra, in qua domus aedificata est, ad annos duodecim, pro annuali censu tertiae partis de tareno. Terra ipsa cum domo fines et terminos undequaque habebat cum ipsa ecclesia sancti Maximi. Completis duodecim annis, ipse Stephanus vel sui heredes remittere debebant ad potestatem ipsius ecclesiae ipsam terram *vacuam*. Quod si minime adimplevissent, componere sese obligaverunt ipsi ecclesiae decem auri solidos constantinianos. Ademarius notarius hunc brevem scripsit.

† ego petrus

† ego maghenolfus me subscripsi.

CCCCLXV.

A. D. 994.

† In nomine domini Undecimo anno principatus domni nostri iohanni, et quinto hanno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius, septima indictione. memoratorium factum a nobis dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie, quem supradictus domnus iohannes princeps et domna sichelgaita principissa uxor eius a nobo fundamine construssit in curte sua de intus hanc salernitanam cibitatem inter muro et muricino, et maraldus presbiter qui est commanente de cunse [1]) filius genci, eo quod ante subscripti testes, una nobiscum teudericus adbocatore ipsius ecclesie, coniunti sumus cum iaquintus de copercle filius nandi, et cum falco de eodem loco filius leoni, qui sunt consobrini fratri, propter rebus stabilem que fuit cuidam leti. unde ego supradictus maraldus presbiter ostedit una cartula continentem,

[1]) *Cunse*, seu Conza in Principatu Salernitano.

qualiter supradictus leti filius gaidoni dederat omnis rebus sua stabilem et mobilem medietate cum mediis casis exinde de rebus quod clarificaberat habere in locum copercle et pelleczanu, et per aliis locis ubique exinde inbentus dederit, in tinore quem inferius declaramus, ut si de adelchisa bisabia meaque maraldi presbiteri eredes fuerit, aberent ipsa rebus rocci viro suo et eius eredes, et si de ipsa adelchisa que fuit filia predicti gaidoni, eredes non fuerit, ipsa rebus redirent ad potestatem ipsius leti et de eius eredes. Unde ego supradictus maraldus presbiter clarefacio, quoniam natus sum de eredes predicti rocci et adelchise offeruit medietate tota ipsa rebus in predicta ecclesia santa maria. unde similiter comuniter ostedimus due cartule offertionis: una quod exinde emissimus ad potestatem ipsius ecclesie, et alia talem quod inde nobis retinemus. et per ipsi iaquintus et falco ostensa fuit una cartula continentem, qualiter martinus filius ipsius leti venumdederat rebus sua de copercle et pelleczanu et silboncinum leoni et nandelchisi germani filii aldemari abio ipsorum iaquinti et falconi, unde iter nos plurime abuimus contentiones; set antequam per legem illut inter nos fineremus, venimus inde ad vona combenientia. Ipsi iamdicti iaquintus et falco pro taliter ammiserunt tota ipsa rebus, et nos similiter ammisimus a nostra parte ipsa rebus qui fuit iamdicti leti in tali ordine, ut quanta illis modo de ipsa rebus dominaturi sunt, amodo et omni tempore fiant nostrum medietate et medietate illorum, et in antea ubi per partes inde scire fecerimus, quanta monimen pertinentem de ipsa rebus abemus vel abere potuerimus, per partes tota illam inter nos ostendamus omni tempore usque ad veram legem et diffinitam, et cum alteri hominibus qui de ipsa rebus tenunt, plicemus nos et nostris eredibus vel partibus ipsius ecclesie, et illis et suis eredibus, et uniter adque communiter exinde causemus absque omni colludium usque ad veram et diffinitam legem, et quod exinde advincere aut conquidere potuerimus, similiter per medietatem illut inter nos dibidamus: ego nominatus maraldus presbiter una cum pars ipsius ecclesie tollamus illut medietatem, et ipsi iaquintus et falco et illorum eredes medietatem, faciendum per partes exinde omnia quod boluerimus. sic tamen, ut si illis vel illorum eredes ipsa sua medietate de tota ipsa rebus datura aut binditura abuerit, mihi nominato maraldi presbiteri vel ad meis eredibus et ad pars ipsius ecclesie illut venundeant ad iusto pretium qui iuste adpretiatum fuerit, et faciant nos vel pars ipsius ecclesie inde scire per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si per ipsa constituta nos vel par ipsius ecclesie noluerimus illut emere ad iusto pretium, tunc post ipsa constituta liceat illis rebus ipsa dare cui boluerint. Nam, si ante ipsa constituta cuicunque per quabis modis eos dederit absque nostra solutione et de pars ipsius ecclesie, ut parutus sit ut de illorum potestatem esset substractum, tunc sine pretium perveniant ad potestatem nostra et de partibus ipsius ecclesie, faciendum inde quod boluerimus. hec combenientia inter nos fecimus per largietatem supradicti domni principis. et si de alia rebus illorum contentio pre-

posuerimus, ut fuisset de suprascripta rebus nostra et illis monimen beracem inde ostenderit, quomodo non fuisset de ipsi parentibus mei que maraldi presbiteri, et ipsi nominati iaquintus et falco vel illorum eredes potuerit per legem illut per sacramentum firmare, ubi taliter illut firmaberint, securiter a nostra parte inde manere, et ego nominatus maraldus presbiter et meos eredes in suprascripta faciamus permanere et esse omnes meos consortes et omnes omines, qui pro nostra partem et datum quodcumque causationes inde eorum preposuerit. de qua per bona combenientia bolumtarie sue guadia nobis ipsi iaquintus et falco dederunt et mediatores nobis posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obbligaberunt se et suis eredibus, ut si aliquit, de quod superius legitur, remobere aut contrare quesierit, et quodcumque causationes mihi iamdicto maraldi presbiteri et ad meis eredibus et in pars ipsius ecclesie emiserit, componere obbligabit se et suis eredibus mihi meique eredibus et in pars ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos et in suprascripta combenientia per partes omni tempore firmiter permaneamus, et nos una cum ipsa ecclesia similiter alio sic illorum tingabimus ipsa nostra medietate de suprascripta rebus. et taliter scribere rogabimus te iohannes notarius. actum salerno.

† ego amatus me subscripsi

† ego petrus

† ego azzo.

CCCCLXVI.

A. D. 994.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri iohanni, et quinto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius septima indictione. declaro ego maraldus presbiter filius genci abere rebus in locum cohopercle et in pelleczanum et in ..... et per pertinentia de eodem locis et per aliis locis in montibus quam et in planis, qui sunt terris cum arbustis vitatis, et castanieta, et quertieta, et silbis seum campis cultum adque incultum, quem mihi fuit et est pertinentes abere per gradum successionis a pars predicti genitori et genetrice mee, et congruum est mihi pro amore omnipotentis deo et salbationis anime mee, et pro anima predicti genci genitori meo tota et inclita ipsa rebus medietatem offerire in ecclesia sancta dei genitris virginis marie, quem supradictus domnus princeps et domna sichelgaita principissa uxor eius a nobo fundamine construsserunt in curte sua de intus hanc salernitanam civitate inter muro et muricino. et ideo, sicut supra diximus, medietate inclita ipsa rebus pro

amore omnipotentis dei et salvationis anime nostre in eadem ecclesia offeruimus, in quo dumnellus presbiter abbas . . . . . . monimen indeque pertinentes, ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius hecclesie eiusque rectores illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum que pars ipsius hecclesie voluerit, absque omni requisitione et contrarietate mea qui supra maraldi presbiteri et de meos eredes aut cuiquam hominibus: reliqua ipsa alia medietate de tota et inclita ipsa rebus ad meam et de meis eredibus reserbo potestatem, omnia inde faciendum que nobis placuerit. unde ego supradictus maraldus presbiter obligo me et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum in eadem hecclesia inclita supradicta ipsa tradictione da illi hominibus et partibus qui pro nostra parte et datum aliquit inde causatio exinde in eadem ecclesia emiserit aut preposuerunt. si autem, sicut dictum est, taliter illut in eadem ecclesia non defensaverimus vel aliquit causatio exinde in eadem ecclesia emiserimus aut preposuerimus, tunc questio et causatio nostra et de nostros eredes adversus pars ipsius ecclesie sit inde tacita et vacua, et triginta auri solidos constantinos componere obligo me et meos eredes ad pars ipsius ecclesie, et, sicut dictum est, illut in eadem ecclesia defensemus de alteri hominibus. et quando.... pars ipsius ecclesie per se inde exe auctores et defensores, tunc vice nostra licentia et potestate abeant pars ipsius ecclesie eiusque rectores in omnibus exinde causare et finem facere, et per se illut sivi defensare cum ipsa monimen indeque pertinentes, et cum quale alia monimen et ratione exinde abuerit, quomodo aut qualiter pars ipsius ecclesie voluerit et, ut in aliis modis non flat ista cartula trasmutata, de uno tinore fecimus inde scribere due cartule scripta per uno notario et roborate per uniter testes: ista quod demus ad pars ipsius ecclesie, et alia tale quod nostre retinemus potestate. et taliter scribere rogavimus te iohannes notarius. actum salerno.

† ego petrus

† ego maraldus

† ego teudericus me subscripsi.

CCCCLXVII.

A. D. 994.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri iohanni et quinto anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense februarius septima indictione. memoratorium factum a me stephanus archipresbiter episcopio stabiense filius iohanni presbiteri,

eo quod intus salernitanam cibitatem ante supscripti ydoneis testes tradidit mihi desigio filius quondam mansoni inclite due sortis de omnis rebus que est suam sortionem, quam abet in eadem fines stabiana; que sunt terris laboratorie et silbis a torre que dicitur septem tegolas, in supto usque litore maris et usque flubio qui dicitur dracontio [1]), quod ei sunt pertinentes a pars genetrici sue; ydeo, ut diximus, totam et inclitam sortionem suam ex ipse terris de quante fuerunt pertinentes genetrici sue, inclite due sortis de tote ipse terris laboratorie mihi tradidit ad laborandum tali ordine, ut amodo et usque duodecim anni completi licead me et meis heredibus et homines quem nos ibidem miserimus, inclita suprascripta tradictione nostre potestatis tenere et dominare et omnis nostre utilitati ibidem facere; et abtis temporibus annualiter tote ipse terris laboratorie conciemus, sicut meruerit ad seminandum, et seminemus de nostra semente, et toti ipsi labori studiemus et recolligamus et tritulemus; et quantum bictum inde fecerimus, totum nostre sint potestati faciendum quod boluerimus. preter demus inde ei vel ad eius heredes aut ad missum eorum inclitum terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et omnia inde demus, sicut ipsius loci consuetudo est; et si, quod absit, fuerit aliquit rixam inter iste cibitatibus, et pro ipse rixe ante ipso constitutum non auderimus ipse terris laborare, tunc, donec fuerit ipso malum, potestatem abead ipse desigio et eius heredes tota ipsa tradictione ad suam potestatem tenere et ad laborandum dare cui boluerit; et de omnis frudio quam inde fecerit, faciant quod boluerint; et ubi prius in pactuationem pervenerimus, ut absque laborem ibi laboraturi essemus, tunc in iamdicto ordine teneamus ipse terris, donec expleberimus ipsos duodecim annos per rationem. amodo et ad completi ipsi duodecim anni tote ipse terris ebeniant ad potestate eius et de eius heredibus, et sua bolumtate guadia mihi dedit et mediatorem mihi posuit ursus filius quondam ursi spatabirgine; et per ipsa guadia hobligabit se et suos heredes, ut si usque ipsa constitutum in iamdicto ordine tote ipse due sortis de ipse terris laboratorie nobis nostrisque heredibus et ad homines quem nos ibi miserimus, non defensaberit, aut si aliquit de omnia suprascripta contradixerit, per ipsa guadia componere hobligabit se et suos heredes nobis nostrisque heredibus triginta auri solidos constantinos, et, sicut diximus, omnia suprascripta in iamdicto ordine adimplere: tantum ipse silbis ad suam potestatem reservavit ab unde illut non potuerimus laborare absque damnietate de ipsa silba. et hunc brebem scripsi ego aghenardus notarius qui interfui.

† ego arechisi notarius me subscripsi

† ego romoaldus notarius me subscripsi

† ego ursu.

---

[1]) *Dracontio*, nunc flumen Sarnum, quod terras stabianas irrigat.

CCCCLXVIII.

A. D. 994.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri iohanni et sexto anno domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense martio, septima indictione. ydeo que ego iaquintus filius quondam machenolfi de locum floccanu[1]) clarefacio, quoniam communiter abeo cum grimoaldus cognato meus filius garofali omnis rebus que fuit predicti machenolfi genitori meo: ego qui supra iaquintus debeo inde tollere medietatem, et ipse grimoaldus cognato meus debet inde abere ipsa alia medietate, sicut nostra continunt scripta, et ut congruum est nobis adunare in unum tota sortionem ipsam . . . . cognato meus de una pecia de terra cum arbustis vitatis de locum tostaceo suptus ipso mercatum non multum longius a flubio saltera, ubi molinum edificatum abet landoarius comes, et sublaxarem ego eidem grimoaldi tota sortione mea de una pecia de terra cum arbustis vitatis in eodem locum tostaceo. et ideo, de sicut nobis congruum est, bona enim mea bolumtate ante presentia leoni iudici et subscripti testes per anc cartulam commutationis ordine vicariabit et tradidit tibi nominati grimoaldi cognato meus tota sortione mea de una pecia de terra quot usque modo commune abuimus in dicto locum tostaceo; que abet finis et mensurie ipsa pecia: a pars orientis fine monasterio sancti laurentii, sunt inde passi triginta octo: a pars septemtrionalis fine domnica, sunt inde passi septem et medium: a pars occidentis fine ursi filius madi qui est thio et barbanem meum, abet inde passos similiter triginta octo: a pars meridie fine madi et petri germani filii petri et maienandi filius cennami, sunt inde passi . . . . . ad iusto passum omini mensuratum. ec bero clausum, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, medietatem exinde fuit mihi pertinentem, et ipsa medietatem fuit sortionem ipsius grimoaldi cognato meus; unde ipsa sortione mea, quod est medietatem de nominato clausum, in integrum illos vicariabi et tradidit tibi qui supra grimoaldi, unde nec mihi qui supra iaquinti, nec quarta uxori mee, nec cuilibet ominibus nihil restitit nec dicimus remanere sortionem. et pro confirmandam et stabiliscendam anc mea vicariationem a presentis recepi a te qui supra grimoaldus cognato meus per alia cartula, quem aput nos firmam emisistis, tota et inclita sortione tua, quod est medietate de nominata pecia de locum tostaceo propinquo ipso molinu ipsius landoari comiti. qui abet finis et mensurie ipsa pecia de terra cum arbusto, unde mihi ipsa sortione tua im bicariam tradidistis: a pars orientis fine san-

[1]) *Floccanu*, locus Nuceriae.

cti dabi, sunt inde latitudo passi decem et octo: a pars septemtrionalis fine de eredes madelfrit de locum tostaceo: a pars occidentis fine ursi qui est thio et barbanem nostrum, et de consortibus nostris, abet inde passos decem et septem: a pars meridie fine gaiderisse . . . . et de filii domnandi: in omni loco est terra ipsa longitudo passi quadraginta tres totum at iusto passum omini mensuratum. de ista vero pecia per supradicte finis et mensurie inclita ipsa medietate, que fuit sortionem tua qui supra grimoaldi, a te illos im bicariam recepi propter ipsa mea vicariationem in omnem deliberationem, sicut inter nobis combenit. finitaque vero nostra vicariationem ea rationem, predicta mea bicariationem, ut superius legitur, a nunc die omni tempore tu qui supra grimoalde quam et vestris filiis et eredes in omnibus securiter et firmiter eos abere et possidere baleatis, et faciatis exinde omnia quot bolueritis. ex qua promidto ego qui supra iohaquintus, et per bona combenientia guadia tibi qui supra grimoaldi dedit et mediatorem tibi posuit me ipsum tali rationem predicta mea bicariationem, ut superius legitur, ab omnis omines et partibus seu a parte uxori mee illos vobis vestrisque eredibus antistare et defensare promidtimus. si autem, sicut dictum est, illos vobis vestrisque eredibus antistare et defensare noluerimus . . . . aut non potuerimus im predicta rationem, vel aliquit exinde remobere aut retornare quesierimus, ideo per supradicto guadia siamus obligati nos nostrisque eredibus at componendum tibi tuique eredibus decem auri solidos constantinos, et semper, omni tempore anc nostra vicariationem in supradicte ordine firme permaneat. et te petrus clericus et notarius scribere rogabimus. actum nuceria.

† ego qui supra leo

† ego maraldus.

CCCCLXIX.

A. D. 994.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri iohanni et sexto anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense iunius septima indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante supradicta gloriosa potestatem, astante ego petrus iudex cum supscripti novilibus, coniunti sunt antonius venerabilis abbas monasterii sancti laurentii, et cum eum adesset romoaldus notarius advocatorem suum, et maio archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi, et cum eum adesset toto advocatorem eius monasterium ipsum sancti laurentii et ecclesia ipsa sancti maximi site intus anc salernitanam civitatem, ad diffiniendum inter

se de causationibus ille, quas inter se abuerunt de aqua de ribus qui dicitur faustini [1]), et de alia aqua qui in unum discursit per canalem qui positus est a super verolasi super carvonarium qui est bia antiqua propinquo ipso ribus faustini et aqua ipsa ab ipso canale discurrentes, unde ex antiquitus consuetudo fuit pervenientem ad rebus predicti monasterii, in quo ecclesia sancti sebastiani constructa est non longius ab ipso ribus faustini et ab ipso mons berolasi; et ipse maio abbas querentes tota ipsa aqua abpropriare in eadem ecclesia sancti maximi ad discurrendum in curte ipsius ecclesie sancti maximi, qui dicitur verdiario et est suptus via publica, qui vadit ipsa via inter ipsa curte sancti maximi et inter curte santi laurentii iamdicti monasterii; et ipse antonius abbas cum predictum suum advocatorem contraberunt dicentes,ut non deberet sic fieri sicut ipse maio abbas dixit, sed de ipsa aqua pars ipsius monasterii vel plurimos annos abuissset ad discurrendum in ipsas rebus predicti monasterii et alia parte de ipsa aqua discursisset ad ipsa rebus iamdicti sancti maximi. et dum taliter pars partium dicentes, utraque partes ostederunt monimina continentes de ipsa aquas, set nec una pars ipsa aqua potuit sivi appropriare totam; et dum de ex oc altercantes, antequam per legem finirent inde, inter se pervenierunt inde ad combenientiam, ut pars predicti sancti maximi aberet semper ad supradictum carvonarium canalem positum, sicuti modo abet, et pars predicti monasterii poneret ibidem iusta ipsum canalem alium suum canalem semper pars partium canalis ipsi ibidem abendum et ipsa aqua per ipsi canali discurreret, et quanta aqua discurserit per ipsum canalem sancti maximi et quanta aqua discurserit per ipsum canalem predicti monasterii, tota discurreret per aquario, unde consuetudo fuit, usque in ipsa curte predicti monasterii ubi ipsa ecclesia sancti sebastiani est. Venientem inter ipsa rebus medietatem tota ipsa aqua aberet pars predicti monasterii, portandum in ipsis rebus suis et abendum, qualiter voluerit; et ipsa alia medietatem aqua aberet pars predicti sancti maximi, portandum et abendum ad ipsa rebus sua; sic tamen, ut licentiam abeat pars predicti sancti maximi, quando voluerit, ipsa medietate de ipsa aqua portare, ingredere, et regredere per ipsa rebus prefati monasterii sancti laurentii absque damnietatem rationaviliter, et ipso aquario conciare ubi ruperit, et medietatem ipsa aqua portaret ad ipsa rebus predicti sancti maximi per ipso aquario. et ut in posterum exinde causationes non oriantur, sicut pars partium complacuit ad ipsi abbates, guadiaberunt se inter illis combenientes et cum illis ipsis suis advocatoribus, et ipse maio archidiaconus et abbas posuit mediatores petrus comes filius quondam mari, et ipse antonius abbas posuit mediatores madelfrit comes filius adelferi; et pars partium ipsi abbates obligaberunt se et suis successoribus, ut si aliquit, de ea que superius legitur, quesierit remobere aut contrare et talia non adimpleberit, et quodcumque cau-

---

[1]) *Faustini*, rivus apud Salernum.

sationes exinde preposuerit, ille qui talia asserit, componat ad illa pars, qui in suprascripta firmiter permanere voluerit, centum auri solidos costantinos. et taliter pro parte ipsius monasterii sancti laurentii scribere fecimus te superius romoaldus notarius.

† ego qui supra petrus iudex

† ego friderisi

† ego lando

† ego desigius

† ego qui supra maio archidiaconus et abbas

† ego superius toto scriba palatii.

CCCCLXX.

A. D. 994.

† Nos iohannes et guaimarius viri gloriosissimi, dibina largiente clementia langobardorum gentis principes, concessimus tibi andree beneravili abbati monasterii vocabulo sancti magni, quod constructu est in loco turano actus lucanie pertinentem principatui nostro salerno, cum casis et cellis, et codices, et pannos, et animaliis, totum pertinentem prefati monasterii, seum et vineis, et terris bacibe, et silbis, et castanietis, totum pertinentem iamdicto monasterio, et cum ecclesiis videlicet sibi subgectes, sancto primo de caninclo, het sancto fortunato, et sancta maria de campo rubo, et sancta maria da li pluppi per as fines: a partem orientis incipientem ab ipsa serram de ipsa via de cilento et descendit ad ipso flubio qui descendit in fines sancti felicis, et per ipso flubio de ipsa molina et vadit in flubio de lustram, et rebolbentem in partem septemtrionis, et salientem per ipso flubio de lustram et badit in ipso flumicellum qui descendit de sancto flaviano usque in fine sancti flaviani, et salientem per ipsa fine sancti flaviani per ipso ballone et salit in ipso cilio montis, et vadit in ipsa via que badit a cilento, et descendit in fine de batollisi, et pergit per ipsi termiti per ipsa fine de batollam et badit in ipsa via que benit de batullam, et rebolbente in pars occidentis per ipso ballone iuxta ipsa via et descendit in ipso flumicellum et salientem in ipso castellerzum batullam, et pergit rectum per ipso serrumcello usque in via que pergit ad sanctum Archangelum, et rebolvente per ipsa via usque in ipso ballone unde aquam decurrit, et rebolbentem in partem meridie, et salientem in via que pergit a cilentum et quomodo ascendit per ipsa via had ipsa fontana, et pergit per ipsa via usque in ipso plano de castello milillam, et ascendit per ipsa via de

ipsa serram usque in ipse petrem priori fines: pariterque concessimus tibi iamdicto andree abbati molina, que pertinet eidem monasterio et constructa sunt in ipsi fluviis, cum trasita et exita ad ipsa molina. Hec namque omnia suprascripta tibique andree abbati concessimus Ad securiter et firmiter illud ad abendum, dominandum, possidendum adque frudiandum tu et successores tui omni tempore, et de ipso frudio omnia faciatis quodcumque bolueritis, et de terris et silbis eidem monasterii pertinentem . . . . de vineis, licentiam habeatis exinde dare ad laborandum et frudiandum ad omines pro pars eidem monasterii, in ea quidem videlicet ratione, ut non flat subtracto de ipso monasterio, et neque ad nostris iudicibus, comitibus, castaldeis vel ministeribus abeati exinde aliquam requisitionem, Set omni tempore securo nomine illud abeatis et possideatis, adque dominetis seum frudietis in iamdicta ratione absque omnibus puplicis requisitionibus aut cuiquam ominibus. de anno undecimo principatus domni iohannis gloriosi principis et sexto anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus mense iunio septima Indictione.

CCCCLXXI.

A. D. 994.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri iohanni et sexto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense agustus septima indictione. memoratorium factum a nobis dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie pertinentem supradictis domni principibus de intus anc cibitate, et teudericus advocatorem ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti idoneos testes tradidimus ad tenendum et lavorandum sellicti presbiteri et abbati ecclesie sancte marie de locum pastoranum et iaquinti filio iohanni, qui sunt thio et nepotes, et iohanni clerico filio stabili de terris, quod ipsius ecclesie supradicti domni principi abet in lucania ulter flubio silesone ubi ad ipse serre dicitur, per finis et mensurie: de una parte fine bia que vadit ad sanctum benedictum, indeque sunt passi quadrigenti decem: de capite similiter fine bia que deducit per media serra ad ecclesia sancti pauli, indeque sunt passi quingentos octuaginta quadtuor: de alia parte fine rebus episcopio pestanu, sicut termiti ficti sunt, et inde sunt passi duocentos octuaginta: et de pede fine rebus supradicti domni principi, sicut ipso ribus decurrit, et per ipso ribus saliente et rectum pergente per rebus predicti principi usque ipsa bia que venit da ipsa ecclesia sancti venedicti quod est priore fines, et est per mensuria per tota ista fine a fores ipso ribus rectum mensuratum passi

mille centum sex, totum mensuratum ad iusto passum. ideo infra supradicte finis et mensurie, sicut diximus, de ipse terris tradidimus eorum ad laborandum da terris supradicte ecclesie, quod retinet aczo, sicut ribus discernit, et usque ad alie terris ipsius ecclesie quod retinet iohannes sarracenu, sicut et inde ribus decurrit, et de pede fine rebus predicti principi, sicut ipso ribus decurrit: de capite fine ipsa bia que badit ad sanctum paulum. de istut inclitum illut eorum tradidimus: ego supradictus abbas medietatem, et ego nominatus teudericus medietatem, quod in veneficium teneo da pars predicte ecclesie; in hoc hordine, ut amodo et usque sex anni completi vestre potestatis illut tenere et dominare, et sue utilitatis ibidem facere, et per annum acto tempore totę ipse terris arare et conciare bone, sicut meruerit ad seminandum, et in medietate de ipse terris ego nominatus teudericus ibique dare eorum tertiam pars de semente que illis quesierit, het illis due sortis, et tota ipsa semente illis seminare iusta ratione, et ad studiandum et ad metere ego nominatus teudericus mittere in ipsa medietate tertiam pars, et illis totum ipso aliut faciant, et toti ipsi labori illis adunare ad aira et tritulare, et omnis victum et quicquit ibidem fecerit da ipsa medietate, ibique ad aira deant ad pars mea que teuderici una tertiam pars; et de ipsa alia medietate, quantum bictum et quicquit inde exierit, deant ad pars mea que abbati una quartam pars, quando nos inde scire fecerit, et totum ipso aliut in vestra sit potestatem, faciendum que volueritis, ita ut totum ipso victum nostrum et illorum, si nos voluerimus, adunatum inde adducamus in ec cibitate: ad completo ipso constitutum ipse terris cum magisi ad potestatem ipsius ecclesie remittant. unde in eo hordine guadia nobis dederunt et mediatores nobis posuerunt ipse iaquintus pro se et pro toti ipsi alii; et per ipsa guadia obligaverunt se et suos eredes, ut si aliquit de ec omnia suprascripta quesierit remobere aut contrare, et talia mihi nominato abbati vel in pars predicte ecclesie et mihi teuderici non adimpleverit, tunc per ipsa guadia componere obligaverunt se suosque eredes nobis vel in pars predicte ecclesie biginti auri solidos costantinos. tamen, si ego nominatus teudericus infra ipso constitutum ipsa medietate perdiderit, non siamus inde eorum culpabiles; set ego nominatus abbas inclite ipse terris usque ipsi sex anni illorum defensemus in illo hordine et ratio, sicut illorum brebem est continentem. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego petrus

† ego ademari notarius me subscripsi.

CCCCLXXII.

A. D. 994.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri iohanni et sexto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense september octaba indictione. memoratorium factu a me friderisio comes filio quondam rodoaldi, eo quod ante subscripti testes tradidi ad tenendum et lavorandum petri filio iaquinti et ragemprandi filio quondam mari de terris mee quod abeo in locum ribus altu propinquo sala mea, que sunt per hec finis: de una parte fine mea quod ad lavorandum retinet domnandus; alia parte fine similiter mea, sicut silba discernit; alia parte similiter fine mea, quod ad lavorandum retinunt iaquintus et gautio; alia namque parte similiter fine mea. infra predicte finis inclitum illut eorum ad lavorandum tradidit tali ordine, ut amodo et usque quadtuor frudia recollecta illis et suis heredibus tote ipse terris infra ipse finis sue potestatis tenere et dominare, et omnis sue utilitatis ibidem facere iusta ratione, et ipse terris acto tempore lavorare et seminare quale semente meruerit, et recolligere et tritulare, sicut meruerit, et omnis bictum per omnis annum quam inde fecerit, ibidem ad aira mecum vel cum meis heredibus. . . . et homines quem ibidem direxerimus, tollerent exinde de ipso bictum inclita tertiam partem, et illis et suis heredibus tollerent exinde ipse due sortis ad faciendum quod boluerint: tantum quale sortionem nobis de ipso bictum ibidem ebenerint, illis illut nobis adducerent ad omnis suum espendium intus hec cibitatem ad domus nostra: ad completi ipsi quadtuor frudia tota ipsa rebus per ipse finis rebertar ad nostra potestatem. Unde pro taliter per bona combenientia guadia nobis ipsi petrus et ragemprandus dederunt et mediatores mihi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus, ut si omnia suprascripta mihi meique heredibus non adimpleverint, et aliquit exinde contradixerint, per ipsa guadia componere obligaverunt se et suis heredibus mihi meique heredibus decem auri solidos constantinos, et omnia suprascripta nobis adinplerent; verumtamen quale serbitium alii hominibus in ipsa rebus de predictum locum ribus altu quod lavoraverint, fecerint, alia tale nobis facere se obligaverunt ipsi nominati petrus et ragemprandus, tamen ipse petrus per absolutionem ipsius genitori suo. et hunc brebem scribsi ego romoaldus notarius. verumtamen ipsi petrus et ragemprandus obligaverunt se nobis ad pignerandum omnis causam suam quod est legitimo et inlegitimo, quod subiunsit ego supradictus romoaldus notarius.

† ego ragemprandus me subscripsi

† ego maghenolfus me subscripsi
† ego iaquintus.

CCCCLXXIII.

A. D. 994.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et sexto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense december octaba indictione. declaro ego dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie, quem supradictus domnus iohannes princeps et domna sichelgaita principissa uxor sua a nobo fundamine construsserunt in curte sua de intus anc salernitanam cibitatem inter muro et muricino, quoniam pertinentes est abere pars nostre ecclesie terris in locum bespanicum erga flubio pecentino actum salerno; et volueramus exinde dare una pecia de terra per finis et mensuriis que inferius declaramus, commutationis ordine, et accepto exinde terra ibique in ipso locum propinquo ipsa terra nostra, in quo molina bolueramus facere, coniuntum cum rebus nostra; et dum causam ista per plures dibulgata fuit, nemo invenimus qui talia facere volere. nobissime autem benit ad nos iohannes filius quondam iohanni gaidoni et feri congato suo filius iohannis, qui dixerunt nobis, ut, si per vona combenientia commutationis ordine dederimus ei predicta pecia de terra ipsius nostre ecclesie, ille autem dare exinde nobis supradicta terra sua qui coniuncta est ad rebus ipsius ecclesie. Nos autem talia haudientes cepimus exinde abere colloquium cum teudericus advocatorem predicte nostre ecclesie et cum cleros nostre ecclesie; inito consilio, comparuit omnibus nobis talia faciendum, et ut provideremus si vonus ad pars predicte nostre ecclesie eveniret, pro me ipsum et cum ipsum nostrum advocatorem et cum cleros nostre ecclesie, et cum doctos homines . . . . super ipsa terra perreximus et cum summo studio illut probidimus et estimabimus; set magis magisque comparuit omnibus nobis, ut melius exet illud quem ipsi iohannes et feri nobis dare vult, de illut que a nos tollere querit; et ut firmiter illut perficere baleamus, hec omnia suprascripta per me ipsum supradictorum gloriosorum principum notificabimus. ipsi vero a deo conserbatis principibus angoscentes, quod vonus ad pars nostre ecclesie eveniret, solutione nobis dederunt hanc conmutatione faciendum; etiam et de suis presentiis inter medium nostrum exendum direxerunt missum suum adenolfus iudex suoque fidelem, et nos a nostris partibus reminiscentibus et ocservantibus ea que in lex langobardorum de commutationis ordine afflictum est, pars partium inter medium nostrum essendum combocabimus idoneis hominibus,

ut quo utrumque faceremus, omni tempore firmum stabilemque manere. Quo ita factum, ego supradictus dumnellus gratia dei abbas, una mecum adexet ipse advocatorem nostrum, ante ipsum missum supradictorum principibus et subscripti idoneos testes per hanc cartulam vicariationis ordine tradidimus adque ad semper abendum confirmabimus vobis supradictis iohannis et feri ipsa terra predicte nostre ecclesie in iamdicto locum bespanicum erga ipso flubio pecentino per finis et mensuriis: a pars orientis fine, qualiter limite discernit, abet inde passsos septuaginta sex; et de subter latere . . . . . limite discernit, et inde sunt passi octuaginta duo: et de pede, qualiter terminem fictum est, et ab ipsa fine pergentem et coniungentem ad ipso flubio pecentino et pergente per ipso flubio usque ad unum termite, et per tota ista fine sunt passi sexaginta duo: et da pars septemtrionis, sicut exinde termiti ficti sunt, et inde sunt passi octuaginta octo: totum mensuratum fuit ad passum qui singnatum est in columnea marmorea de ecclesia sancti mathei de archiepiscopatu salernitano. hec vero predicta terra per supradicte finis et mensuriis totum et inclitum cum omnia intro se abentes omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua illut vobis supradicti iohanni et feri tradidimus: tibi iohanni tres sortis et tibi feri una quartam pars, ad securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque eredibus hec omnia suprascripta abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum que vobis vestrisque eredibus placuerit, sine cuiuscunque contradictione. Et pro anc commutationem firmandum, a presentis recepit a vos supradicti iohannes et feri ipsa terra vestra per finis et mensuria: ab oriente fine ipso flubio pecentino, abet inde passos duodecim: et da pars septemtrionis qualiter termiti ficti sunt, et inde sunt per longitudo passi centum quinquaginta ; et da pars occidentis similiter, qualiter decurrit ipso flubio pecentino, et inde sunt per latitudo passi alii duodecim; et da pars meridie fine rebus prefate ecclesie, quem ibidem pertinet abere per datum memi filii bertari, et ab ipsa fine coniungente et pergente per rebus vestra que iohanni et feri, qualiter paululum rebolbit, qualiter termiti ficti sunt, et per tota ista fine sunt per longitudo passi centum quinquaginta tres: totum mensuratum fuit ad supradictum passum. finitoque vicariam ipsa haput nos, de qua per vona combenientia ego supradictus abbas, una cum ipsum meum advocatorem guadia vobis iamdicti iohanni et feri dedit et mediatores vobis posuit domnandus filius quidam ursi; et per ipsa guadia obligo me et meos successoribus et pars predicte nostre ecclesie vobis vestrisque eredibus tota et inclita supradicta nostra tradictione per ipse finis et mensurie cum bice de bia sua antistandum et defensandum da omnis homines omnique partibus. si autem, etc: *Multa statuta fuit per octoginta aureos solidos constantinianos*. tantum per supradicta nostra tradictione sceptuamus et reserbamus bia qui modo se andat. et taliter scribere rogabimus te iohannes notarius. hactum salerno.

† ego qui supra adenolfus
† ego qui supra teudericus me subscripsi
† ego arechisi diaconus
† ego iohannes subdiaconus
† ego qui supra domnellus presbiter et abbas
† ego leo presbiter
† ego petrus.

CCCCLXXIV.

A. D. 994.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni, et sexto anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense december octaba indictione. ideo que ego urso faber qui bocor caballaru, clarefacio, quoniam iam preteritis per firma cartula donatum et confirmatum abeo amelfrit generi mei terra cum binea in locum beteri ubi propio gallucantu bocatur, per finis et mensuriis, sicut cartula ipsius amelfrit est continentem; nunc autem congruum est michi totum illut confirmare ipsius amelfrit. et ideo ego superius nominatus urso ante subscripti idoneis hominibus per hanc cartulam dono atque confirmo tivi nominato amelfrit inclita ipsa rebus, quod est terra cum binea de eodem locu gallucantu infra hec finis et mensuriis: de una parte fine bia qui pergit ad nuceria, sunt ab intus ipsa bia passos quadraginta sex; a pars occidentis fine, quomodo aliqua pars rebolbit ipsa bia et pergente per medio ballone, et inde sunt passi quinquaginta nobem, et rebolbente erga cilium de ripa et pergente iusta fine quod retinet heredes marini filio meus, et sicut termiti et ripa discernit, et inde passi quadraginta sex: a pars orientis fine de heredes ipsius marini, sicut termiti ficti sunt, et inde sunt passi quadraginta octo, totum per ipse finis mensuratum ad iusto passum homini. de hec vero rebus infra predicte finis et mensuriis iam preteritis annos exinde confirmatum abeo ipsius amelfrit, quantum ipsa eius cartula continet; modo bero iterum dono adque confirmo tivi nominato amelfrit ipso aliut, quod exinde remansit infra predicte finis et mensuriis cum tribus scriptionibus indeque pertinentes et cum omnia, quantum ipse scriptionibus continet et cum bice de bia sua, ad securiter ac firmiter amodo et semper tu tuique heredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciatis quod volueritis, et pro hoc donum vobis firmandum secundum lex launegilt a te exinde recepi pallidellum [1]) unum

[1]) *Pallidellum*, deest in Du-Cange, fortasse parvum pallium.

et tari boni numerum quindecim in omnes deliberatione, sicut inter nos combenit. finitoque launegilt ipsum aput nos, es qua repromitto et per bona combenientia ego suprascriptus urso bolumtarie mee tivi nominato amelfrit dedit et me ipsum tivi mediatorem posui; et per ipsa guadia hobligo me et meis heredibus amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique heredibus tota et inclita ipsa rebus per ipse finis et mensuriis cum omnia infra se abentes et cum bice de bia sua da illi hominibus et partibus, cui per me illut vel exinde datum aut hobligatum vel manifestatum paruerit, et qui pro nostra parte vobis inde emiserit aut preposuerit quodcumque causationes. et si taliter vobis omnia suprascripta vobis vestrisque heredibus non adimpleberimus, adimpleamus vobis omnia, sicut in lex langubardorum de donum et launegilt continet. quod si taliter omnia, ut superius legitur, vobis vestrisque heredibus non adimpleberimus et aliquit exinde remobere aut contrare quesierimus, tunc per bona combenientia per ipsa guadia hobligo me et meis heredibus ad componendum vobis vestrisque heredibus triginta auri solidos constantinos, et ec suprascripta donatione omni tempore firma permanead. de alii vero hominibus et partibus non queratis nos exinde abere auctores, set vice nostra licentiam et potestatem abeatis cum ista cartula et cum alie tribus scriptionibus et cum ipsa cartula que ante os vobis hexinde emisit, que vobis ad defensione ad semper abendum dedimus, in omnibus inde causare et finem facere et vobis illos abere et per bos ipsis siatis inde auctores et defensores; et ipsa monimen est nominatibum unum brebem dibisionis: una de ipse scriptionibus continentem, qualiter accepto filius iohannis qui bocabat calbarosus, una cum gemma uterina sorore eius et filia predicti iohanni secundum legis romanorum benumdederad iohanni et landolfi germani filii sergi tota et inclita terra cum binea de ex eodem locu gallucanta per finis, sicut ista scriptio continet. alia scriptio, qualiter leo atrianense filius iohanni qui bocabad calbarosus venumdederad michi nominato ursi tres sortionis de terra cum binea de eodem loco cum ipso palmentum qui ividem est per finis, sicut ipsa scribtio continet: ipsa alia scriptio continebad, qualiter ipse iohannes filius quidam sergi atrianensi paratum abuerad da ipsi accepto et da gemma soror eius terra cum binea quod ipsorum iohanni et landolfi germano suo datum fuit da ipsi accepto et gemma in eodem loco beteri ubi propio gallucantu bocatur, per hec finis: de una parte fine bia pulbica: de alia parte fine, sicut dirrupata discurrit: alia pars fine ripa alta que discernit a litore maris: alia parte fine, sicut ballone discernit: infra as autem finis, qualiter ipsius iohanni datum fuit, sic inclitum per ipsa cartula ipsius iohanni calbarusi benumdederad. ipso brebem divisionis continebad, qualiter leo atrianense filius iohanni calbarosus coniuntus fuerad cum petrus germano suo ad dividendum inter se terra cum binea in eodem loco cum beteri, ubi propio gallucantu bocatur, in quo ipse leo tres sortionis abere visus est, sicut ipse brebem continet. ec tota et inclita suprascripta monimina modo vobis ad defensionem semper abendum dedimus, ut

licead bos, et cui per bos datum paruerit, et vestris heredibus vice nostra et de nostris heredibus in omnibus inde causare et finem facere, et per bos ipsis siatis inde auctores et defensores. et taliter scribere rogavimus te alderissi notarius. actum salerno.

† ego iohannes notarius me subscripsi

† ego ursu.

CCCCLXXV.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et sexto anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius octaba indictione. Memoratorium factu a me maio archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi nostra pertinentem, eo quod ante subscribti testes, una mecum adesset ahenardus notarius advocatorem nostrum, tradidimus ad tenendum et pastenandum arbustum de rebus predicte ecclesie, quod abet in locum muntorum finibus rotense iaquinti filio cennami et grimi filio muntori. est enim ipsa nostra tradictio per ec finis et mensurie: a pars orientis fine ipsius iaquinti et fine rebus ecclesie sancti michaelis, sicut limite et termiti discernit, sunt inde passi nonaginta duo: a pars septemtrionis fine sancti michaelis, sicut et inde limite et termini discernit, inde sunt passi sidecim: a pars occidentis fine rebus nostre ecclesie sancti maximi, et inde sunt passi nonaginta octo: a meridie fine bia, et inde sunt passi viginti duo usque ad ipsa priore fine, totum mensuratum ad iusto passum homini. ec autem tota et inclita suprascripta rebus de predicto locum muntorum ubi proprio ad campu faraone dicitur, per ipse finis et mensurie illut eorum tradidimus ad pastenandum arbustum tali ordine, ut amodo et usque quadtuordecim anni completi licead illis et eorum heredes tota et inclita suprascripta tradictio sue potestatis tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis ividem facere, et quantum frudium et vinum et quicquit exinde tollere et abere potuerint amodo et usque decem anni completi, totum sue sint potestati: preter, de quod annualiter ividem seminaverint usque ipso constitutum, deant exinde in partibus ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi autem ipsi quadtuordecim anni illis autem et suis heredibus abeant in tota ipsa rebus per ipse finis et mensurie arbustum de bono bitineo factum et operatum et cultatum, sicut de tantos annos meruerit in ipso locum, ut bene paread laboratum et cultatum. preter de quantum de ipsa rebus per aqua fuerit dominata, ut arbores et vites quod ividem plantaverit per quadtuor

et quinque annos per tempore et non compreenserit, aut si ividem plantare non potuerint arbores et bites pro ipsa aqua, non siant inde culpabiles; et da ipsi decem anni completi in antea omni tempore illis et suis heredibus teneant illut qui fuerit operatum ad suam potestatem et de super et de subto totum ipso arbustum laborare annualiter, quatenus proficiat et non disperead; et per tempore de bindemie faciad scire pars ipsius ecclesie, ut dirigad ividem missum suum, et illis totum ipso arbustum bindemiare, et totum ipso binum ividem ad palmentum et omnis poma exinde per tempore in tertiam partem dividere: pars ipsius ecclesie tollat exinde tertiam partem et illis due sortis, et ipse missum nostrum illis notrire secundum suam bossibilitatem rationabiliter, donec pro ipso binum recipiendum ibidem steterit, et ipso binum que ad pars ipsius ecclesie ebenerit inde, illis autem reponant illut in organeum qui pars ipsius ecclesie ibidem eorum adsignaverit, ut per illis sit conciatum et repositum in domum ubi abitaberit, et faciant illut salbum annualiter absque degeneratione et ingne et mures, donec illut inde tulerit; et quale tempore post ipsi quadtuordecim anni ipsa rebus in iamdicto hordine tenere noluerit ad laborandum, remittat illut ad potestatem predicte ecclesie. et si de ac terrra salernitana exierit aliubi ad abitandum, tunc ipsa rebus similiter ebeniant ad potestatem predicte ecclesie; et si infra tribus anni in ac terra rebersi fuerint ad abitandum et boluerint illut tenere in iamdicto hordine, tuc ipsa rebus rebertar ad eorum potestate ad tenendum omni tempore in predicta ratione. unde pro taliter guadia nobis dederunt et mediatorem nobis posuerunt dauferi filium primi de eodem loco muntoru; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus, ut si omnia suprascripta non adimpleberint, aut si aliquit exinde remobere aut contrare quesierint, per ipsa guadia componere obbligaverunt se et suis heredibus nobis vel in partibus predicte ecclesie quinquaginta auri solidos costantinos. et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui

† ego petrus

† ego madelfreda.

CCCCLXXVI.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et sexto anno domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense ianuario octava indictione. ideo que ego mari filius quondam iaquinti presbiteri, dum mihi te mulier nomine delecta filia quondam randi qui

sum avitatori de apusmonte ubi piru dicitur, ad meo sociavi coniugio, tunc in alia die numtiarum ante parentes et amicos nostros secundum ritus gentis nostre langovardorum per hunc scriptum morgincap confirmo adque trado tivi nominate uxori mee quartam partem de ex omnibus rebus substantiis meis, idest de serbis et ancillis meis, de peculia maioris et minoris, de parva et magna, de casis quam et intrinsecus casis, territorie, curtis, ortalis, vineis, arbusta, castanieta, insiteta, avellanieta, quertieta, oliveta, campis et silvis, pratis, pascuis et aquis, in montibus quam et in planis, cum finis et biis suis, et cum usu aquarum et homnibus, suis pertinentiis et infra se aventibus, de stavile et movile, de homnia et in omnibus, que nunc modo aveo et quod in antea undecumque aut quomodocumque parare aut conquidere potuerimus, seu quod est paterna vel materna substantia mihi est pertinentes et fuerit avere, de totum tivi nominate delecte huxori mee quartam partem tradidit, sub eam videlicet rationem, ut av odiernum diem ad tua que supra uxori mee sit potestatem iusta legem faciendum quod volueritis; et neque a nos superius mari viro tuo, neque a nostris heredibus, nehque a nullus quemquam hominibus aveatis aliquando aliqua requisitione aut repreensione, set perpetuis temporibus securo nomine avere et possidere valeatis, quod vero scriptum morgincap in eo ordine firmum permaneat. quam te iohannes presbiter et notarius scrivere rogavimus. actu apusmonte.

† ego adelhisi presbiter

† ego roleotus clericus

† ego iohannes.

CCCCLXXVII.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo [1]) anno domni guaimarii eius filio, gloriosi principibus, mense ianuarius octaba indictione. memoratorium factum a me landoarius comes filius vone memorie cuidam lamberti, eo quod in sacratissimo salernitano palatio ante supscripti nobilibus coniuntus sum cum riso et roderico et musandu germani filii quondam maraldi, et madelmi filio quondam iaquinti, et sergius atrianense qui bocatur piccecutu filius ursi, et genco filio petri ipsi amboque vice de mulieribus sue nòmine imperatessa et tucta domina, propter rebus de locum monte de falerzu

---

[1]) Lege: *sexto*.

qui sunt terris cum castanieta et quertieta et terris cum silbis, que modo mihi tradiderunt inclita medietate da aqua de flubio albole in illis partibus de quantum quantoque eorum pertinente est ibi abere per unum preceptum et per una cartula, que per illis in eadem presentia ostederunt et os relegere fecimus. ipsum preceptum erad continentem, qualiter domnus sichenolfus princes per rogum radelghisi marepais concesserad radtelmundi filio rattelghisi monte ipso de falerzo et monte ipso de draguneia cum silbis et castanieta et quertieta per finis: de una parte fine mare: alia parte fine aqua palambora et saliente per fine de capite de ipsa aqua de ipsum monte falerzu: de alia parte fine, sicut descendit per fine de medio ipso toru de falerzu et badit per media ipsa serra de ipsum monte super aqua ianni et perbadet per fine vestra per media ipsa serra super aqua de flubio albole...... in fossatu, et inde pergit per media valle et coniungit in toru de mandrelle et descendit per media serra de planellu, et saliente usque serra de calcara et pergente per balle qui dicitur vetaminie, et descendente et coniungente in aqua de lempole et descendente in ripe erga mare et perdescendit in mare, et inde pergente et coniungente in ipsa acqua palambora et saliente in ipsa serra de capite de ipsum monte falerzu; et aliut continevat in ipso preceptum: scriptum erad per ragemprando notarium. ipsa cartula erad continentem: in nomine domini anno quarto principatus domni nostri ademari, mense martius quinta indictione. palumbus filius ractelmundi bindederad gentili filio gentili res sua de dragunege et de balle de monte qui dicitur falerzu, pecze tres de castanieta et quertieta et silbis que ei erad pertinentes ad palatio et per alia ratione per finis: una pecza de uno latu fine media aqua que dicitur palombara: de capite fine toppu de monte ipso falerzu: alia parte fine media serra de ipsum monte: alio latu fine acqua ianni; secunda pecza abet finis: de capu fine serra de ipsum monte: de alio latu fine aqua de flubio qui dicitur albole: de alio latu fine quomodo coniungit ambo ipse aque; tertia peccza: de capite fine serra de ipsum monte et perbadet et coniungit in fossatu, et inde exiente per media valle et coniungit in toppa de monte qui dicitur mandrella, et descendente per media serra qui dicitur de planellu et saliente et coniungit in toru de calcara, et inde descendente per balle qui dicitur vetaminea et pergente et coniungente in aqua de lempole et descendente in ripe de ipsum monte erga mare: de supter parte fine mare et coniungit in ipso flubio de aqua de albole, et aliut continevad: scripta erad ipsa cartula per radoaldo notarium et a testibus sufficienter roborata. et, sicut diximus, inclita medietate ipsi omnes suprascripti per ipse finis, que ipse preceptum et predicta cartula continet, da aqua ipsa de flubio albole in illis partibus mihi tradiderunt, securiter ego et meis eredibus inclita ipsa medietatem illut avendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod boluerimus, et ipsa alia

medietate siad at potestatem eorum et de eorum eredes, firmissime avendum et faciendum omnia quod boluerint. et si aliquando de tota supradicta res illorum aut ad eorum eredes comtentio fuerit exurta, faciat scire me vel meis heredibus et in omnibus uniter adque communiter inter nos inde coniugamus et causemus cum illi hominibus, qui nobiscum inde causare voluerit, et quicquit dationem vel serbitium inde pervenerimus facere, de communiter illut faciamus; et si per lex inde perdiderimus, absque colludio nullam restaurationem inter nos inde faciamus; et de quantum per lex cum ipsa cartula et cum ipsum preceptum, vel cum quale aliam monimen et rationem inde atvincere potuerimus, sicut diximus, da aqua de albole in illis partibus, amodo et omni tempore semper exet nostrum et de nostris heredibus inclita medietate; et ipsa alia medietatem flad de ipsi omnes suprascripti et de eorum eredes. et si aliquando nobis vel nostris heredibus aut illorum contentio fuerit exurta de ipsa res da ipso flubio albole in ista pars, de quantum ipso preceptum et predicta cartula continet, similiter de communiter inde causemus; et quicquit dationem et serbitium pervenerimus inde faciendum, de communiter illut faciamus: nos et nostris eredibus medietatem, et illis et suis eredibus medietatem, et medietatem flat ipsa rex mea et de meis eredibus, et ipsa alia medictas flat ipsorum et de eorum eredibus, sicut supra dictum est. alia omnes rebus quanta quantoque nobis est pertinentem per gradum successionis vel undecumque da albole in ista pars, ubi illis securi sum residentes, nullatenus ego vel meis eredibus exinde sortione tollere queramus, set omni tempore illis et eorum eredes securo nomine illut aveant sine contrarietate mea vel de meis eredibus; et per bona combenientia guadia mihi ipsi omnes suprascripti dederunt et mediatorem mihi posuerunt se ipsi; et per eadem guadia obligaberunt se et suis eredibus amodo et omni tempore permanendi in supradicto ordine, et non querad eos remobere aut contrare. quod si taliter eos mihi meique eredibus adimplere noluerit, et aliquit inde contradixerit, et quesierit remobere aut contrare per qualecumque ratione, tunc per ipsa guadia obligaberunt se et suis heredibus ad componendum mihi meique eredibus centum auri solidos costantinos et omnia suprascripta per imvitis nobis complire, et tacitis inde manere. verumtamen, si ad ipsi omnes suprascripti vel ad illorum eredes aliquando tempore inter rebus ipsa da ipso flubio albole in ista parte orientis eorum contentio fuerit exurta, de quantum quantoque rebus ipsa advincuerit per ipso preceptum et per ipsa cartula, omni tempore medietatem exet meum et de meis eredibus, et ipsa alia medietas flad eorum et de eorum eredibus, sicut et illut que da ipso flubio albole in illis partibus tollere devemus, sicut supradictum est, per supradicta guadia et obligata pena. et hunc brebem scripsi ego alderissi notarius qui interfuit.

† ego alfanus

† ego truppoald stolsaiz et comes
† ego avioaldo
† ego constantinus me subscripsi.

CCCCLXXVIII.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni, et septimo [*]) anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius octaba indictione. memoratorium factum a me dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie pertinentes supradicti domni principibus intus hanc salernitanam cibitatem inter muro et muricino ante subscripti testes tradidimus ad tenendum et lavorandum romanoli homo gruse atrianensi uxori ursi inginiusi rebus, quod pars ipsius nostre ecclesie abet in locum iobi finibus salernitanis, qui sunt terris cum vineis et terris cum silbis et bacibe et fructifera sua. una clusuria est da via qui benit da fine iohanni quatrario per fontana nostra usque in bia pulbica, et de alia parte fine ipsa bia, et da pars occidentis fine rebus predicte nostre ecclesie, et da pars septemtrionis fine rebus predicte nostre ecclesie et aliquantum badit per fine ipsius iohanni quatrario usque ipsa bia da ipsa fontana. ipsa halia clusuria habet finis: de capite fine ipsa via: de latere fine rebus ipsius ecclesie sicut terminatum est, et ab ipsa rebus descendente et coniungente in medio vallone et per ipso ballone descendente usque aqua de locubia, et de pede fine ipsa locubia, et de super latere fine sicut media ballone discernit qui est super alium ballone, qui infra ipsa rebus descendit, et coniungente in binea et ab ipsa vinea ascendente et coniungente ad ipsa vinea iohanni quatrario et per ipsa vinea coniungente in ipsa via: infra iste finis vinee exinde lavorare et cultare, sicut meruerit, et vindemiare et poma exinde colligere et medium totum eos nobis dare, et de ipso bacibum terraticum nobis dare, sicut meruerit, usque vindemie recollecte. unde guadia mihi ipse romanus dedit et se ipsum mihi mediatorem posuit; et per ipsa guadia obligavit se, ut si aliquit inde removere aut contrare quesierit et talia in pars ipsius nostre ecclesie non adimpleverit, per ipsa guadia componere obligavit se in pars ipsius nostre ecclesie decem auri solidos costantinos et omnia suprascripta adimplerent. et unc brebem scripsi ego iohannes notarius

[*]) Lege: *sexto*.

† ego petrus

† ego iohannes me subscripsi.

CCCCLXXIX.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et sexto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius hoctaba indictione. Ideo que nos mulier nomine maralda relicta cuidam iohanni filio ciceri, et rocci et domnandus, qui sumus mater et filiis, et landolfus filius iaquinti clarefacimus, quoniam nobis iamdicti rocci et domnandi pertinentem est habere a parte ipsius iohanni, qui fuit genitor noster, una pecia de terra cum arbusto in locum capaczana finibus salernitane, in qua ego nominata mulier quartam partem profiteor me habere portionem pertinentem mihi per meum scriptum morgincahp mihi emisso ab ipso viro meus alio die nostre copulationis, et mihi nominato landolfi in eadem terra cum arbusto sortionem est pertinentem habere per datum ipsius iohanni; unde nos iamdicti germani rocci et domnandi quoram presentiam iohanni iudici et subscripto notario ostedimus una cartula continentem, qualiter maio filius quondam ancelperti venumdederat ipsius iohanni nepoti suo filio ciceri ipsa pecia de terra cum arbusto de iamdicto locum capaczana per finis et mensuria. a parte orientis fine de heredes poderici et per ipsa fine revolbente et exiente in fine quod retinet andrea filius mundi, et inde sunt passos sedecim: a parte septemtrionalis fine ipsius maioni, et inde passos biginti quadtuor: a parte occidentis fine de ipsa heredes poterici, et inde passi biginti quadtuor: a parte meridie similiter fine de ipsa heredes poterici, et inde sunt passi triginta quinque, totum ad iusto passum homini mensuratum. per hec finis et mensurie, sicut diximus, inclitum illut ipse maio eidem iohanni venumdederat: scripta cartula ipsa per petrus notarius in anno primo principatus domni mansoni et domni iohanni eius filio, de mense magius decima indictione roborata sufficienter. modo autem congruum est nobis iamdicti mater et filiis et ego nominatus landolfus inclita ipsa rebus per supradicte finis et mensurie cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis et cum bice de bia sua et ipsa cartula cum omnia, quantum continet, donare ipsius andree filio ipsius mundi; et ideo nos iamdicti maralda, rocci, et domnandi et landolfus, sicut nobis congruum est, nostre volumtatis per largietatem et absolutionem ipsius domni gloriosi principis, quem nobis dandum direxit per ipsum iudex, tamen ego nominata mulier per con-

sensum et voluntate istorum filii mei et una cum illis, in cuius mundium me subiacere palamfacio, unanimiter parique consensum ante ipsum iudex et alii idoneis hominibus per anc cartulam donamus atque ad semper habendum confirmavimus tibi iamdicti andree tota et inclita supradicta rebus per supradicte finis et mensurie et ipsa cartula cum omnia quantum continet, ut amodo et semper tu et cui per te datum paruerit, et vestris et illius heredibus eos habendum, possidendum, dominandum et omnia exinde faciendum quod volueritis absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione. et pro hoc donum firmandum launegilt a te inde recepimus auri solidos de tari duodecim ana quadtuor tari boni per solidos in omnis deliberatione; de qua nos etc: *Sequitur consueta formula. Si nequeant stare promissis, solvdnt vigini aureos solidos constantinianos.* preter, quando per vos ipsis volueritis inde esse autores et defensores, hice nostra licentiam habeatis in omnibus inde causare et finem facere cum supradicta cartula et cum quale alia monimen et rationem inde habueritis, qualiter vultis; nam, quando nos inde quesieritis habere autores et defensores, remittite ad nostra potestatem supradicta cartula, et nos et nostris heredibus supradicta rebus tibi, et cui per te datum paruerit, et ad vestris heredibus defensemus et omnia vobis adimpleamus, quantum et quomodo superius legitur; et post finem factam cartula ipsa, quale illa nobis dederitis, ad vestra illam remittamus potestatem, ad habendum ea in predicta ratione per iamdicta obligata pena. et taliter scribere rogavimus te iaquintus notarius. actum salerno.

† ego qui supra ioannes iudex.

CCCCLXXX.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri Iohanni, et sexto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense februarius octaba indictione. Ante me grimoaldus castaldus coniuncti sunt iaquintus filius cennami et roderisi notarius de muntoru filius sergi, ad faciendum inter se fine de causationibus ille, quod ipse roderisi notarius cum ipse iaquintus abuit de una pecia de terra de locum muntoru, ubi campu farahone et pratu dicitur, quod ipse iaquintus ad pastenandum retinet a pars hecclesie sancti massimi, unde iam hante os dies ipse roderissi cum ipse iaquintus causabit dicentes, ut malo hordine ipse iaquintus ipsa pecia tenere, et ipse iaquintus dixit, ut ipsa pecia ei ad pastenandum dedixet pars predicte hecclesie sancti massimi et auctorem inde abere pars ipsius hecclesie. unde ipse

iaquintus guadiam datam habuit plicandum pars predicte hecclesie et secundum legem inde in manum emidtere ipsius roderisi. Modo autem, ut diximus, propterea exinde sunt coniuncti, et ipse iaquintus plicabit ante me maio archidiaconus et abbas predicte hecclesie sancti massimi qui disisit[1]), ut ipsa pecia ipsius hecclesie esset pertinentes, et illam ipsius iaquinti ad pastenandum dedisset, set nescire de quale ipse roderisi causabit, et ego una cum illis super ipsa pecie perressimus et ipse roderisi monstrabit ipsa pecia, quod pars ipsius hecclesie ad pastenandum dedit ipsius iaquinti; et ipse abbas dixit, ut ipsa pecia ipsius hecclesie esset pertinentes et ipse roderisi nullam ibidem abere; et ipse roderisi dixit, ut pars ipsius hecclesie malo hordine illa tenere et eis pertinere, et statim ipse iaquintus ipso abbati inde in manum hemisit ipsius roderisi et ipse abbas cum predicto roderisi guadiare fecimus, ut ipse abbas plicarent se cum rationem ipsius hecclesie, et ipse roderisi plicarent se cum sua ratione et secundum legem inter se inde finem facerent. unde ipse maio abbas posuit mediatorem pandenolfus castaldus filius landenolfi et ipse roderisi posuit mediatorem adelghisi congnato suo filio iohanni. et taliter pro parte ipsius hecclesie scribere fecimus te cicerus notarius.

† ego qui supra grimoaldo.

CCCCLXXXI.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus, domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense martius octaba indictione. memoratorium factu a me falco presbiter filio quondam musi, eo quod ante presentia domni maioni archidiaconi et abbati ecclesia sancti maximi, et ibique ante eum astarent subscripti idoneis hominibus, per vona comvenientia quam et per demandationem ipsius domni abbati tradidit ego iohanni surrentino, qui est commanente in finibus nucerie, terra cum arbusto vitatum cum aliquantum desertum et bacuum uno teniente, quod pars predicte ecclesie sancti maximi abet in locum nuceria propinquo ecclesie sancti petri et sancti venedicti, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie per ec finis: a pars occidentis fine de heredes erchemperti et petri et guisenolfi filii quondam ruscinii: a pars meridie fine terra dommica et fine terra sancti laurentii et fine terra dommica, quomodo rebolte discernit et fine de ominibus atrianensi; et a pars orientis fine bia puplica; a pars septemtrionis fine de eredes venedicti et fine de eredes ermengardi, quomodo aliquantu rebolbit et exiente in fine de eredes ruscinii per ipse

[1]) *Disisit*: dixit.

finis, sicut dictum est, inclitum illut ipsius iohanni ad lavorandum tradidi. unde pro taliter guadia mihi ipse iohannes dedit et mediatorem mihi posuit urso filio audoaldi, et per ipsa guadia obligabit se tali hordine, ut amodo et usque decem anni completi totum illut per supradicte finis sue potestatis illut tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis ibidem facere, et ibidem case edificare amodo et usque isto mense magio, et ibidem residere et abitare, et ubi meruerit in infra ipso arbustum et ipso bacuum et desertum arbores et bites plantare et propaginare, et sic illut lavorare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut vene paread laboratum, quatenus proficiant et non dispereant, et per tempore, quando meruerit ipso arbustu bindemiare, faciad scire pars ipsius ecclesie, ut dirigad ibidem missum suum et ille ipsum arbustum bindemiare, et ipso binum ibidem ad palmentum et omnis poma exinde illut inter nos dividamus; pars predicte ecclesie tollad illut medietatem, et ille tollad ipsa medietate alia faciendum ille omnia quod voluerint, et ipso medium de ipso vinum quod a pars predicte ecclesie inde ebenerit, pars predicte ecclesie deant vobis organeum, et ille illut conciare bonus sicut meruerit, et illut reponant in ipso organeum, que vobis adsingnaverit ad ipso cellario de ipsi pariti qui est a super ipsa ecclesia sancti petri, et pars ipsius ecclesie faciad sibi ipso vinum salbum, quomodo boluerit. ad completi vero ipsi decem anni ille autem et suis eredibus abeant ipso arbustum et ipso bacuum et ipso desertum arbustum factum et cultatum et de super et de supto laboratum, sicut locus ipse meruerit, et iam in antea omni tempore, dum ille et suis heredibus ipso arbustum tenere et lavorare boluerint, sue sint potestatis illut tenendum et laborandum de super et de supter, sicut locus ipse meruerint, et omnia exinde faciant et adimpleant in pars ipsius ecclesie, sicut superius legitur. et quale tempore ille vel suos eredes illut tenere et laborare non boluerint in predicto hordine, licead ille et suis eredibus inde disturbare ipsa casa et excotere exinde omnis sua lingnamen et omnia sua causa, et ire cum illut ubi boluerint et sine contrarietate de pars predicte ecclesie aut cuiqua hominibus. et ipso missum, que per tempore ibidem direxerimus pro recipiendum ipsa nostra sortione, dum ibidem steterit, illut nutricare iusta ratione secundum sua possivilitate; et de quod annualiter ibidem seminaverint, deant inde in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudine de ipso locu, et amodo et unum annum completum ibidem in ipsa curte fabricare ad petre et calce unum palmentum bonum. tantum, si amodo et dum illa tenere et lavorare boluerit, defensemus eorum in ea supradicta tradictione da omnis omines omnique partibus cum vice de bia sua. quod si taliter etc: *Sequitur consueta formula, statuta multa viginti solidorum auri constantinianorum.* et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† ego ademari

† ego iohannes
† ego petrus.

CCCCLXXXII.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense martius hoctaba indictione. memoratorium factum a me urso filio audoaldi, qui est commorantem in finibus nucerie, eo quod ante presentia domni maioni archidiaconi et abbati ecclesie sancti maximi, et ibique ante eum astantibus supscripti idoneiis testes, tradidit mihi iohannes presbiter filius petri terra cum arbustum, quod pars ipsius ecclesie avet in locum nucerie quod ille in beneficium tenet per ec finis: de una parte a septemtrionalis sicut medio aquario discernit, unde aqua fluminario discurrent: de supter parte ab occidentis partibus fine de eredes erchemperti, sicut limite et sabuci et sepe discernit: halia vero parte fine terra ecclesia sancti viti, quomodo derictum exiet iusta ipsa ecclesia sancti viti qui ora de puteum pertinentem de ipsa terra cessante ab ora de ipso puteum: in parte meridie pedes duos at manum, et sic derictum exiente usque at fine ipsius ecclesie sancti viti et inde revolbente per ipsa fine in partibus septemtrionalis, sicut medio poiu et sabuci discernit, et iterum revolbente per ipsa fine sancti viti in partibus orientis sicut limite discernit, et exiente derictum per fine de eredes ipsius ermeperti et coniungente at fine de eredes ermengardi, sicut aliquantum ibidem fundamentum de pariete anticu discernit: a pars orientis fine de eredes deodati, sicut sepe et sabuci et limite discernit et coniungente in ipso aquario qui est priore fine. hec vero rex per supradicte finis totum et inclitum illut et cum omnia intro se aventibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua mihi at laborandum et tenendum tradidit, tali ordine, ut amodo et usque septem anni completi tota supradicta tradictione per ipse finis nostre potestatis tenere et dominare, et fobee et omnes nostre utilitatis ibidem facere, et abto tempore ipsum arbustum laboremus et cultemus, et ubi meruerit, arbores et vite plantare, et nos ibidem plantemus, et sic illut laboremus de super et de supter, sicut locus ipse meruerit ut vene pareat lavoratum et cultatum, quatenus proficiant et non dispereant; et per tempore de vindemie abto tempore vindemiemus et faciamus scire pars predicte ecclesie, ut ibidem dirigat missum suum pro recipiendum ipsa sua sortione, et ipso vinum ibique at palmentum et omnes poma exinde illut inter nos dividamus: pars ipsius ecclesie tollat inde medietatem, et nos et nostris heredibus tollamus inde ipsa

alia medietatem, faciendum exinde omnia quod boluerimus: ipsa medietate de ipsuo vinum quod at pars ipsius ecclesie ebenerit, portemus illa ibique in ipso locum ad ipsi pariti et pars ipsius ecclesie atsingnare nobis organeum vonum, et nos ipso organeum conciemus, sicut meruerit, et reponamus ibidem ipsa sua sortionem de ipso vinum, faciendum pars ipsius ecclesie omnia quod voluerit: ipsum missum qui ibidem direxerit, dum ibidem steterit, nos illut nutriemus secundum nostram possivilitatem. preter de quod annualiter ibidem seminaverit, deant in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. unde per bona combenientia guadia mihi ipse iohannes presbiter per demandatione ipsius domni abbati dedi et mediatorem mihi posuit amore clericus filius rolegardi; et per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie tota supradicta tradictione usque ipso constitutum nobis nostrisque heredibus defensare da omnes omines omnique partibus, et sicut superius legitur. si autem etc. *Multa = decem aureorum solidorum Constantini.* et unc brebem scripsi ego alderissi notarius qui interfui.

† ego grimo presbiter et primicerius

† ego maio presbiter et primicerius

† ego iohannes presbiter et cardinalis

† ego amatus me subscripsi

† ego alfanus.

CCCCLXXXIII.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense martius octaba indictione. memoratorium factum a me iohannes presbiter filius petri, eo quod ante presentia domni maioni archidiaconi et abbati ecclesie sancti maximi, et ibique ante eum astantibus supscripti ydoneos testes, tradidit ego terra cum arbusto quod pars ipsius ecclesie avet in locum nucerie, quod ego in veneficium teneo per hec finis: de una parte a septemtrionalis sicut medio aquario discernit, unde aqua flumaria discurrit: de supter parte ab occidentis partibus fine de eredes ermeperti, sicut limite et sabuci et sepe discernit: alia vero parte a meridie fine terra ecclesie sancti viti, quomodo derictum exiet iusta ipsa ecclesia sancti viti, qui ad ora de ipso puteum pertinentem de ipsa terra cessante ab ora de ipso puteum in parte meridie pedes duos at manum, et sic deri-

ctum exiente usque at fine ecclesie sancti viti, et inde rebolvente per ipsa fine in partibus septemtrionalis, sicut medio poiu et sabuci discernit, et iterum rebolbente per ipsa fine sancti viti in partibus orientis, sicut limite discernit, et exiente derictum per fine de eredes ipsius ermeperti et coniungente at fine de eredes ermengardi, sicut aliquantum ibidem fundamentum de pariete anticum discernit: a pars orientis fine de eredes deodati, sicut sepe et sabuci et limite discernit, et coniungente in ipso aquario qui est priore fine; hec vero rex per supradicte finis totum et inclitum illut cum omnia intro se aventibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de via sua ursi filio audoaldi at lavorandum et tenendum tradidit. Unde pro taliter per bona combenientia guadia mihi ipse ursu dedit et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligavit se tali ordine, ut amodo et usque septem anni completi tota supradicta tradictio per ipse finis sue potestatis tenere et dominare, et fobee et omnes sue utilitatis ibidem facere, et abto tempore ipso arbusto laborare et cultare et propaginare, et ubi meruerit astas et vites plantare, et sic illut lavorare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut vene pareat lavoratum et cultatum, quatenus proficiant et non dispereant, et per tempore de vindemie abto tempore ipso arbustum vindemiare, et faciat scire pars predicte ecclesie, ut ibidem dirigamus missus noster pro recipiendum ipsa nostra sortionem et ipso vinum ibique ad palmentum, et omnes poma exinde illut inter nos dividamus; pars ipsius ecclesie tollat inde medietatem, et vos vestrisque eredibus tollad inde ipsa alia medietate, faciendum exinde omnia quod bolueritis: ipsa medietate de ipso vinum quod at pars predicte ecclesie evenerit, atducere illa ibique in ipso locum ad ipsi pariti et pars ipsius ecclesie adsingare ipsius ursi organeum bonum, et ipso organeum illut conciare sicut meruerit, et reponere ibidem ipsa nostra sortionem de ipso vinum, faciamus pars ipsius ecclesie omnia quod boluerimus: missum nostrum qui pars ipsius ecclesie ibidem direxerit, dum ibidem steterit, illud nutrire secundum suam possivilitatem: tantum de quod ibidem annualiter seminaverint, deant in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, quod si taliter omnia, ut superius legitur, nobis in pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia componere obligavit suosque eredes nobis vel in pars ipsius ecclesie decem auri solidos costantinos et, ut superius legitur, illut nobis adimplere. het unc brebem scripsi ego alderissi notarius qui interfuit.

† ego amatus me subscripsi

† ego alfanus.

CCCCLXXXIV.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense martius octaba indictione. memoratorium factu a me iohannes surrentino qui est commorante in finibus nucerie, eo quod ante presentia domni maioni diaconi et abbati ecclesia sancti maximi, et ibique ante eum astarent subscripti ydoneis hominibus, per vona comvenientia quam et per demandationem ipsius domni abbati, tradidit mihi falco presbiter filius quondam musi terra cum arbusto vitatum cum aliquantum desertum et bacuum uno teniente, quod pars predicte ecclesie sancti maximi abet in locum nucerie propinquo ecclesia sancti petri et sancti venedicti, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie per ec finis: a pars occidentis fine de eredes erchemperti et petri et guisenolfi germani filii quondam ruscinii: a pars meridie fine terra domnica et fine terra sancti laurentii et fine terra domnica, quomodo rebolta discernit, et fine de hominibus atrianensi: et a pars orientis fine bia puplica: a pars septemtrionis fine de heredes benedicti et fine de heredes ermengardi, quomodo aliquantum rebolvit et exiente in fine de eredes ruscinii per ipse finis, sicut dictum est, illut mihi ad laborandum tradidit tali hordine, ut amodo et usque decem anni completi totum illut per supradicte finis nostre potestatis illut tenere et dominare, et fobee et omnis nostre utilitatis ibidem faciamus, et ibidem casa edificemus amodo et usque isto mense magio et ibidem resideamus et abitemus, et ubi meruerit infra ipso arbustum et ipso bacuum et desertum arbores et vites plantemus et propaginemus, et sic illut lavoremus de super et de supter sicut locus ipse meruerit, ut bene paread lavoratum quatenus proficiant et non dispereant, et per tempore quando meruerit, ipso arbustu vindemiare, faciamus scire pars ipsius ecclesie, ut dirigad ibidem missum suum; et nos ipsum arbustu bindemiemus, et ipso binum ibidem ad palmentum et omnis poma exinde illut inter nos dividamus: pars predicte ecclesie tollad illut medietatem, et nos tollamus ipsa alia medietate, faciendum inde omnia quod voluerimus; et ipsa medietate de ipso vinum quod a pars predicte ecclesie ebenerit, inde pars predicte ecclesie deant nobis organeum, et nos illut conciemus vonus sicut meruerit, et illut reponamus in ipso organeum que nobis adsignaverit ad ipso cellario de ipsi pariti qui est a super ipsa ecclesia sancti petri, et pars ipsius ecclesie faciad sivi ipso binum salbum quod voluerit. ad completi vero ipsi decem anni ego autem et meis eredibus abeamus ipso arbusto, et ipso bacuum et ipso desertum arbustum factum et cultatum de super et de supto lavoratum, sicut locus ipse meruerit; et iam

in antea omni tempore, dum ego et meis eredibus ipso arbusto tenere et laborare boluerimus, nostre sit potestatis eos tenendum et laborandum de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, et omnia exinde faciamus et adimpleamus in pars ipsius ecclesie, sicut superius legitur. et quale tempore ego vel meos eredes illut tenere et lavorare non boluerimus, licead me et meis eredibus inde disturbare ipsa casa et excotere omnis nostra lingnamen exinde et omnia nostra causa, et ire cum illut ubi boluerimus, sine contrarietate de pars predicte ecclesie aut cuiqua hominibus, et ipso missum, que per tempore ibidem pars predicte ecclesie ibidem direxerit pro recipiendum ipsa sua sortione, dum ibidem steterit, illut nutriamus iusta ratione; et de quod annualiter ibidem seminaverimus, demus inde in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et amodo et unum annum completum ibidem in ipsa curte fravicemus ad petre et calce unum palmentum bonum. Unde pro taliter guadia mihi ipse falco presbiter per demandatione ipsius domni abbati dedi et mediatorem mihi posuit iaquintus diaconus et se ipsum; et per ipsa guadia obligavit se ipse abbas et successores suos, et pars predicte ecclesie amodo et dum illut tenere et laborare boluerimus, defensare mihi meique eredibus inclita supradicta tradictione per supradicte finis cum vice de bia sua da omnis omines omnique partibus. quod si taliter omnia, ut superius legitur, pars predicte ecclesie mihi meique eredibus non adimpleverit, et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia obligavit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie ad componendum mihi meique eredibus biginti auri solidos constantinianos. et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† ego ademari

† ego falco presbiter

† ego petrus.

CCCCLXXXV.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi princibus, mense aprelis octaba indictione. memoratorium factum a me dumnellus presbiter et abbas hecclesie sanctę marie pertinente supradicti domni principi intus hanc salernitanam cibitatem inter muro et muricino, una cum eum adexet teudericus advocatorem meum, eo quod ante presentia hadenolfi iudicis et alii

subscripti testes per vona combenientia guadia mihi dederunt madi filius iohanni. . . . . petrus filius amandi et amandus filius petri bice sue et de omnes sortifices suos, et mediatorem nobis posuerunt falco clericus filius iohanni; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus, ubi nos vel pars ipsius ecclesie scire fecerimus illis, tunc plicarent se illis et uniter faciamus socie . . . . que communiter abemus in lauritum da flubio de cerra usque ribus altum, et pro parte . . . . inde faciamus et sicut per partes ibidem sortiones legibus abemus, sic per partes exinde portiones compreendamus et inter nos sortis ipse tradamus cum penis obligate iusta consuetudo istius cibitatis. quod si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et talia nobis vel in pars ipsius ecclesie non adimpleverit, tunc per ipsa guadia componere obligaverunt se et suis eredibus nobis vel in pars ipsius ecclesie decem auri solidos costantinianos, et omnia suprascripta per invitis ad pars predicte ecclesie adimplerent. Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego qui supra adenolfus.

CCCCLXXXVI.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense aprilis octaba indictione. Ego lupenus amalfitanus filius sergi intus salernitanam cibitatem ante subscripti testes coniunxit me cum leo presbiter uterino fratrem meum pro vice puelle nominata teodenanda et amorocia et gemma germane filie leoni qui fuit germanus meus; et ipse presbiter pro vice ipsarum puelle ostedit una cartula, et ego ostedi unum brebem. ipsa cartula continebad, qualiter ego donaverad ipsius leoni germani mei tota et inclita mea sortione de res mea, quantum quantoque michi pertinuerad a supradicto genitorem nostrum in locum fonti ad sanctum felice cum omnia intra se abentibus et suis pertinentiis, ad abendum et faciendum ille et eius heredes omnia quod boluerit, et launegilt ab illum inde recepit camiso unum; et hobligavit me et meis heredibus ipsa donatione defensare eidem lupeni et ad eius heredes ab omnibus hominibus omnique partibus. quod si taliter semper ipsa donatione non defensaverimus et per quavis modis illut vel exinde eis tollere aut contrare, seu removere quesierimus, questio et causatio nostra sit inde tacita et bacua, et sequenter in lex langubardorum continet de donum et lau-

negilt ita nos et nostris heredibus eorum repromittimus et hobligamus adimplere iustitia. et si taliter omnia, ut superius legitur, non adimpleverimus, ad componendum siamus nos et nostris heredibus eidem leoni et ad eius heredes decem solidos constantinos, et ipsa donatione illis firmiter habere: scripta per antiperto notarium. ipse brebem, quomodo ipse leo germanus meus guadiam michi dederad et mediatorem michi posuerad se ipsum; et per ipsa guadia hobligavit se et suos heredes cuntis diebus vite mee per omnis annum dare michi unum corcebaldu baliente quadtuor auri tari et unum pariu de calcie de unum tari. pro eo quod preteritis ipsius leoni per firmum scriptum traditum abui inclita mea sortione de rebus mea, quantum quantoque abeo in locum fonti a partibus genitori nostri, et aliut continebad in ipso brebem. cum autem ipsa cartula et ipsum brebem fuerunt relecti, manifestum facio ego supradictus lupenus, quod ante os dies inde coniuntus fuisset cum ipse puelle et una cum ille adesset urso viro ipsius teodenande, et per combenientia dederunt michi octo auri tari boni; et nuc pro taliter coniunxit mecum istum presbiter thio ipsarum puelle et manifestavi ei, ut ipsa cartula veraces exe, sicut continet, et remisit ad potestate ipsius presbiteri pro ipsi octo tari quod ipse puelle michi dederunt, ipsum brebem faciendum de eum quod boluerit; et quanta quantoque rebus michi pertinentes fuit et est vel fuerit quomodocumque in iamdicto locum fonti ad sanctum felice, ipsius presbiteri tradidit et confirmavit vice ipsarum puelle, et securiter illut ipse puelle et illarum heredes illut abendum et faciendum quod boluerit, defensatum per nos et nostris heredibus, sicut ipsa cartula continet, et a pars uxoris mee. unde per bona combenientia guadia ipsius leoni presbiteri dedimus vice ipsarum puelle et mediatorem posui meipsum; et per ipsa guadia hobligamus nos et nostris heredibus, ut, si omnia suprascripta ipsarum puelle et ad illarum heredes non adimpleverimus, aut si aliquit de rebus ipsa eorum tollere aut contrare quesierimus, aut si exinde vel de quantum ipsa cartula continet, causare aut contendere presumserimus, componere hobligamus nos et nostris heredibus ipsarum puelle et ad illorum heredes viginti auri solidos costantinos, et hunc scriptum firmum permanead; et tradidit ipsius presbiteri vice ipsarum puelle inclita sortione mea de omnis monimen inde pertinentes, ut ipse puelle potestatem aberet cum ipsa monimen per se inde exe autores, sicut boluerit; et quale tempore quesierit nos inde abere autores, nos illut eorum defensemus a pars uxoris mee, et sicut ipsa cartula continet, per suprascripta hobligatione. et taliter scribere rogavimus te alderissi notarium. actum salerno.

† ego laidolfus

† ego ademari notarius me subscripsi.

CCCCLXXXVII.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense magius octaba indictione. Ante me landenolfus comes causavit teudericus advocatorem ecclesie sancte marie cum disiio filio ingnoni presbiteri, ut ipse disiio malo ordine introisset in rebus que fuit stephani duracini et de uxore illius de locum mitiliano et peractum de eodem loco, et fobeas ibidem fecisset, et frudium inde tulisset, et rebus ipsa contrasset ad rectores ecclesie sancte treufime et predicte sancte marie. ad ec audientes ipse disiio adversus se causantes, responsum ei retdidit dicendum, ut in eodem loco plures rebus abere et tenere, set nescire unde cum eum causare. Unde inter eis iudicavi et utrisque illis guadiare feci, ut ipse teudericus plicaret se una cum dumnellus abbas predicte ecclesie sancte marie et cum rectores ipsius ecclesie sancte treufime, et ipse disiio plicarent se a sua parte et pariter super ipsa rebus pergerent cum iudicem et notario, et ipse teudericus monstraret ei de quale rebus cum eum causavi, et per partes plicarent se cum suis rationibus et iusta legem inter se inde finem facere. unde ipse teudericus posuit mediatorem petrus atrianensis filius leoni de pardum, et ipse disiio similiter posuit mediatorem petrus filius virini. et taliter scribere fecimus te iohannes notarium.

† ego qui supra landenolfus.

CCCCLXXXVIII.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense iunius octaba indictione. memoratorium factum a me petrus presbiter et rector ecclesie sancti martini, quod quidam guaimarius comes filius guidoni comitis a nobo fundamine construssit in curte sua ulter flubio lirino propinquo carnaria de anc salernitanam cibitate, ante subscripti idoneos testes tradidimus ad tenendum et residendum theodosi thdromarchu terra cum casa fabrita terranea, quod pars ipsius ecclesie sancti martini abet in prefatam civitatem ad ortum mangnum subtus pla-

tea, que deducit ad porta sancti fortunati, que modo clamatur porta elini. ideo tota et inclita ipsa terra cum casa, qualiter conciata et dedicata est, cum bice de puteum exinde et cum bice de bia sua ad ipsa casa et ad ipso puteum, tibi iamdicto theodosi tradidimus in oc ordine, ut amodo et usque unum annum completum inclitum illut sue potestatis tenere, et ibidem residere et abitare, et sue utilitatis iusta ratione ibidem facere. preter, si super ac terra gens venerit et nos voluerimus recotere in ipsa casa, liceret illum inde exire cum omnia sua causa, et nos potestatem abeamus casa ipsa recolligere, et nos per ratione quantum minus abuerit de ipsum annum, retdamus eorum de octo auri tari, quam ille michi pro seditura de ipsa casa obligavit se mihi dare, medietatem ista epdomeda et medietatem in fextibitate sancte marie modo prius veniente. unde in eo hordine guadia ipse theodosus dedit et mediatorem mihi posuit amatus filius ciceri; et per ipsa guadia obligavit se, ut si aliquit inde removere aut contrare quesierit et talia mihi et in pars predicte ecclesie nostre non adimpleverit, tunc per vona combenientia per ipsa guadia componere obligavit se mihi vel in pars predicte nostre ecclesie decem auri solidos constantinos. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego teudericus me subscripsi.

CCCCLXXXIX.

A. D. 995.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense iunius hoctaba indictione. Memoratorium factu a me petrus filius quondam mirandi, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum iohanne et leo sergi et mauro germani filii quondam sergi, qui dicitur buccabitellu, propter rebus illa de locum nuceria, unde inter nos plurime habuimus causationes; set antequam per legem illut inter nos fineremus, venimus inde ad bonam combenientiam. donaverunt mihi ipsi germani omnes calumnie et questiones, undecumque de iamdicta rebus mecum exinde causare potuerunt, funditus illut mihi donaverunt atque relaxaverunt, et launegilt a me inde receperunt cammiso uno; et obligaverunt se et suis heredibus omni tempore illut antistare et defensare me et meis heredibus de omnia suprascripta da omnis homines, qui pro illorum parte et datum, aut pro pars et datum ipsius genitori seu genetrice illorum quodcumque causationis nobis exinde preposuerit. et ego pro taliter per vona com-

benientia tradidit et confirmavimus illorum medietatem una pecia de terra cum arbusto de iamdicto locum nuceria, ubi ad sancto iohannes dicitur, per hec finis: a parte occidentis fine rebus sancti quirici: a parte meridie fine rebus pauli et ignoli: ab oriente fine rebus ecclesia sancte treuphimen: a parte septemtrionis fine rebus sancti iohanni; per hec finis tota et inclita ipsa medietatem de iamdicta rebus ego ipsorum germani tradidimus cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis et cum bice de bia sua, ad securiter et firmiter amodo et semper ipsi germani et illorum heredibus eos habendum, possidendum, dominandum, omnia inde faciendum quod voluerit, et ipsa alia medietate de predicta rebus est pertinentem de heredes ursi fili leoni; et obligavit me et meis heredibus omni tempore defensare ad ipsi germani et ad illorum heredibus inclita supradicta nostra tradictione da pars uxori mee et da omnis homines omnique partibus. et si taliter illut eorum defensare non potuerimus, alia tale et consimilem rem in ipso locum illorum exinde restaurare, quanta et quale fuerit illis diebus supradicta nostra tradictione; de colludio autem legibus eorum iuremus ad sancta evangelia, et illut quod eorum pro restaurationem dederimus, omni tempore defensemus illut eorum cum bice de bia sua da omnis homines omnique partibus. unde in eo hordine guadia nobis ipsi germani dederunt et mediatorem mihi posuerunt iaquintus notarius filius iaquinti; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus omni tempore permanendum in suprascripta combenientia. et si taliter ibidem permanere noluerit et aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et taliter in suprascripta combenientia firmiter non permanserit, tunc per ipsa guadia componere obligaverunt se et suis heredibus mihi meique heredibus biginti auri solidos constantinos et in suprascripta combenientia firmiter permanere omni tempore. et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† ego iohannes me subscripsi

† ego ermenandus

† ego ioannes me subscripsi.

CCCCXC.

A. D. 995.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri iohanni, et septimo anno domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense nobember nona indictione. Ideo que ego mulier nomine daufa que fuit uxor landoni clerici filii leoni, clarefacio, quoniam mihi est

pertinentem abere quartam partem in omne rebus et causa que fuit predicti landoni clerici qui fuit viro meus, per meum scriptum morgincap mihi emissum secundum legem et consuetudinem langobardorum a predicto lando clerico viro meus alio die nostre copulationis, et congruum est mihi iamdicte daufe inclita ipsa mea quarta de rebus stabile, quod ego legibus tollere deveo de rebus que fuit predicti viri mei, eam donare aloarę filia mea que est uxore magenandi generi meo. et, ud pleniter illut perficere possamus, ante presentia leoni iudici feci exinde notitia falconi germanus meus et iohanni filiastro meus filio predicti landoni clerici, in quorum mundium me subiacere palamfacio: illi talia audientes consentientes mihi inde fuerunt talia perficiendum. Et Ideo ego iamdicta daufa, sicut mihi congruum est mea bolumtatem, per anc cartulam ante ipsum iudes et supscripti idoneis ominibus per consensum et bolumtatem predicti falconi et iohanni unanimiter parique consensum donabi adque ad semper abendum confirmavi vobis iamdictis aloare et magenandi inclita ipsa quarta mea de omnis rebus stabile, quod ego legibus tollere et abere deveo per ipsum meum morgincap de rebus que fuit predicti viri meo, dam de rebus illa de locum nuceria, quam et per alia singula loca, ubique exinde inventus dederit, inclita ipsa mea quarta de iamdicta rebus stavile vobis iamdicte filie mee et predicto magenandi viri tui donavi cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum vice de vie et andita sua, ad securiter firmiter amodo et semper vos iamdicti viri et uxori et vestris eredibus illut avendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod volueritis. Unde pro confirmandam et staviliscendam supradicta nostra donationem, a presentis iusta legem launegilt a bos inde recepi camiso unum in omnis deliverationem, sicut inter nos combenit. de qua per bona combenientia ego supradicta daufa una cum predicto iohanne filiastro meus guadia vobis iamdictis aloare et magenandi dedimus et mediatorem vobis posuimus iohannes filius leoni; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris eredibus amodo et semper antistandum et defensandum vobis vestrisque eredibus inclita supradicta nostra donationem da omnis omines omnique partibus. et si taliter illut vobis defensare non potuerimus, tunc, sicut in lex langobardorum de donum et lunegilt continent, ita nos et nostris eredibus adimpleamus et persolbamus vobis vestrisque eredibus iustitia. et si taliter omnia suprascripta vobis non adimpleverimus et aliquit, de quod superius legitur, removere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes inde vobis preposuerimus, componere obligavimus nos supradicti daufa et iohannes et nostris heredibus vobis vestrisque eredibus triginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta vobis adimpleamus, et questio et causatio nostra sit exinde tacita et bacua. et, quando vos vel vestris eredibus de supradicta nostra donationem per bos ipsis bolueritis esse auctores, potestate abeatis vice nostra in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum quale monimen et rationem

inde avere potueritis; nam, quando nos inde auctores quesieritis abere, nos autem et nostris eredibus omnia vobis adimpleamus, sicut superius legitur: tantum amodo et diebus vite meaque daufe, supradicta quarta mea ad mea illut reservabi potestatem ad frudium nomine, et post meumque daufe obitum, ipsa mea quarta perveniat ad potestate vestra et de vestris eredibus, ad faciendum quod volueritis, sicut supra legitur. et taliter te maraldus notarius scribere rogabimus. actum nuceria.

† ego qui supra leo

† ego petrus clericus et notarius me subscripsi

† ego leo

CCCCXCI.

A. D. 996.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri Iohanni, et septimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense februarius nona indictione. ideoque ego iohannes clericus . . . . me iacere inbalida quippe me infirmitas; unde, si divina misericordia mihi non obbenerit, citius ab hanc luce vita dimissurus sum, set tamen profiteor me habere tota mente et recti loqui baleo, cogitavi que dei sunt iudicia et hoc mundum instabile, ne subito die mortis mihi eveniat et ne rebus et causam meam iniudicatam relinquam; propterea iudico et palamfacio, quoniam de priore mulieres tantummodo habere unum filium nomine leo, et de sequentes mulieres nomine theodenanda filia ursi calbarosi habere una filia nomine rogata, que iam uxore traditam habeo mastali filio sergi, et iam pro vice ipsius filii mei de omnis meum mobilem sortionem inde datam habeo ciceri filio amelfrit socero ipsius leoni, sicut continet brebem, quod a parte ipsius ciceri de sortionem ipsius leoni de ipso mobile firmatum habeo; postea vero per alia scriptionem de omnis rebus mea stabile pro vice ipsius leoni filii mei dedit et confirmavit berengarii comiti inclita sortionem ipsius leoni, eo quod ipse leo una cum uxore et filie et generi sui ipsa sua sortionem ipsius berengarii confirmavit: proinde dedit et corfirmavit ei pro vice ipsius filii mei de ipsa rebus mea per illo hordine et rationem, sicut continet scriptionis quod cum ipse berengarius factam habeo: tantum terra et casa de intus hec civitatem commυniter habemus, ad tollendum inde ipse leo sortionem suam iusta rationem, sicut meruerit, et pro quibus ipsa theodenandam iusta legem nostre romanorum adduxit et dedit nobis de casa parentum suorum

dotis, et ipse mastalus una cum predicta uxore sua valde servitium nobis ministravit. ideo ego nominatus iohannes clericus pro remedium salutis anime mee iudico atque statuo, ut omnes rebus et causam meam stabile et mobile, sibe de intus anc civitatem, seu a foras, ubique inde inventus dederit, in montibus quam et in planis, sibe quod a parte ipsius genitori et genetrice mea, vel undecumque mihi pertinentes est aut fuerit habere, totum et inclitum cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis, et cum bice de bia sua, et cum omnis monimen inde pertinentes, perveniant ad potestatem ipsorum mastali generi mei et ipsius rogata filia mea et de illorum heredibus, omni tempore ipsi viri et uxori et illorum heredibus eos habendum et faciendum inde omnia quod voluerit, absque omni contrarietate ipsius leoni filii mei vel de alios filios et heredes meos aut cuiquam hominibus : tantum pretiosola et polcara famule mee et petrus servum meum deserviant ipsius rogate filie mee, dum viba fuerit; post obitum ipsius filie mee libere et liberos absolutos vadant cum sua conquisita et cum quantos filios et filias infra hanc audentia fecerit, et ipsi viri et uxori ad obitum meum deant pro meis salutis anime stante alphanus castaldus filius petri comitis, cui illut in manum commisit, biginti quadtuor auri tari boni per pauperes et sacerdotes, sicut eorum deus melius inspiraverit. de qua ego nominatus iohannes obligo ipso filios et alias suas heredes omni tempore defensandum ad ipsi viri et uxori et ad illorum eredibus inclitum illut quod superius eorum dimisimus, da omnes homines omnique partibus, et non aliquit inde tollere aut contrare querat. et si taliter, sicut diximus, illut eorum non defensaberit et aliquit, de quod superius iudicavi atque disposuit, quesierit remobere aut contrare, ad compositione siant obligati ipsi filios et alios meos heredes componere ipsorum viri et uxori et ad illorum heredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et hec omnia, quod superius iudicavi atque disposuit, firmum stabilemque manere omni tempore. verumtamen, sicut diximus, hec omnia suprascripta filios et heredes meos adimpleant ipsorum mastali et rogate genero et filia mea et ad illorum heredibus, aut ad ille homo, cui scriptum iste testamenti in manu paruerit. tantum ipsa pretiosa et polcara diebus vite mee mihi deserviant, post meum obitum libere absolute vadant cum filiis et filie quod fecerint, et cum sua conquisita, sicut continet cartula illorum libertatis per iamdicta obligata pena. et taliter scribere rogavimus te iaquintus notarius. actum salerno.

† ego petrus

† ego maraldus

† ego romoaldus notarius me subscripsi

† ego cicerus notarius me subscripsi.

CCCCXCII.

A. D. 996.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri iohanni et septimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense februarius nona indictione. memoratorium factu a me dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie pertinentem supradictis domnis principibus inter muro et muricino, eo quod ante subscripti testes, una mecum teudericus adbocatorem meum, tradidimus ad tenendum et regendum musandi filio iohanni iscle cum molinum, quod pars ipsius nostre ecclesie abet in flubio lirino propinquo fuso de anc cibitatem salernitanam. ideo inclitum ipsum molinum, cum mole et arcaturia, et ferraturia, et trasita et exita sua, et curte de ipso molinum ipsius musandi tradidimus, in tali ordine, ut amodo et usque unum annum completum inclitum illut sue potestatis tenere et dominare, et sue utilitatis iusta ratione ibidem facere, et sic ipsum molinum conciatum habere, ut pleniter cotidie macenare[1]) possit, et per omnes menses dare mihi inde in pars ipsius nostre ecclesie quindecim terzaria de granum vonum culma mensurata ad terzario, quod dederit molina domnica, et adunare mihi ibique petre et cretra[2]) et uniter nobiscum alipergum ibibem fabricemus, quale nobis necessum fuerit ibidem, et nos stetimus ei dare unum tari de scandole[3]) et illis ipsa casa coperire et conciare, sicut meruerit, ad ipsum annum completum inclitum ipsum molinum conciatum et mole et ferraturia exinde remittere ad potestatem ipsius ecclesie, et liceat inde exire cum causa sua. unde in eo hordine guadia mihi ipse musandus dedit et mediatorem mihi posuit seipsum; et per ipsa guadia obligavit se, ut si aliquit inde remobere aut contrare quesierit et talia nobis non adimpleberit, tunc per bona combenientia per ipsa guadia componere obligavit se mihi vel in pars ipsius nostre ecclesie viginti auri solidos costantinos. et hunc brebem scripsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego petrus

† ego iohannes me subscripsi.

---

[1]) *Macenare*, vox vulgaris, idem sonat ac molere.

[2]) *Cretra*, creta.

[3]) *Scandola* vel *scandula* ut in Du Cange.

CCCCXCIII.

A. D. 996.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri iohanni et octavo anno domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense martio nona indictione. ideo qui nos, his sumus guiso, iohannes, et balsamu, et romoaldus germani filii quondam petri, et lando et madelfreda germani filii quondam adi, qui sumus abitatori de locum nuceria, clarefacimus comuniter abere rebus nobis pertinentem a parte madelfrid abio nostro, et congruum est nobis comuniter exinde vindere duobus pecie de terris cum quertietum, quem abemus in locum billanoba finibus nucerie, iohanni et petri et iochardi germani filii quondam petri diaconi. interea, de sicut nobis congruum est, bone etenim nostre bolumtati ante presentia leoni iudici et supscriptorum testium per anc cartulam unianimiter venumdedimus vobis qui supra germani ambo ipsa clausora de terra, quod abemus in dicto locum billanoba que abet finis et mensuria una ex ipse pecie de terris: de supter parte ab occidente fine via publica, sicut cartula nostra vetere continet, sunt longu ipsa via per mensuri passi sexaginta octo: de uno latere a pars meridi fine que fuit domnica, quod retinet et dominat petrus filius petri presbiteri, sunt inde passi guinquaginta duo: de super a pars orientis fine quomodo ipse plescu discernit, sunt inde passi quinquaginta octo: de alio latu a pars septemtrionis quomodo ipsi tres termiti ficti sunt, fine domnica, sicut ipsa nostra cartula continet, sunt inde passi quinquaginta duo: totum ad iusto passum omini mensuratum. et ipsa alia pecia abet finis de ambas latera fine terra domnica; et de uno capite fine de eredes ioannaci notario; et de alio capite de super fine serra de ipsum montem. ec bero ambas clausora de terra, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa precurrit, de ipsa una pecia cum proprie finis et vice de vie sue et cum omnia intro se abentibus trasactibus nomen et a funditus illos vobis qui supra iohanni, petri, iochardi benumdedimus inclitum. Unde nec nobis qui supra vinditori nec quarte uxoribus nostre, nec cuiquam ominibus nichil restitit nec dicimus remanere sortionem. Et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram vindictionem, nunc a presentis recepimus a bos qui supra germani statutum pretium, idest auri tari boni numerum viginti octo: nos qui supra germani guiso, iohannes, balsamu, romoaldus tari quadtuordecim, et nos nominati lando et madelfreda alii tari quadtuor deci in omnem deliverationem, sicut inter nobis combenit. finitoque vero pretium ipsum aput nos ea ratione, ud a nunc die presenti et perpetuis temporibus vos prenominati iohannes et petrus et iochardus quam et vestris eredibus predicta nostra vindictione, ud su-

perius legitur, in omnibus securiter et firmiter amodo et semper eos habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod bolueritis, absque omni contrarietate nostra vel de uxoribus nostris, vel de nostris filiis et eredes, aut cuiqua ominibus. Ex qua promisimus nos nominati guiso, iohannes, balsamu, romoaldus, et lando, et madelfreda, et per bona combenientia guadia vobis qui supra germani dedimus et mediatorem vobis posuimus sellictus filius quondam adelchisi; et per eadem guadia obligavimus nos toti suprascripti guiso, iohannes, balsamu, romoaldus, lando, madelfreda a parte uxoribus nostris et de nostris filiis et eredes vobis qui supra iohanni, petri et iochardi quam et ad vestris eredibus predicta nostra vindictione, ud superius legitur, ab omnis omines omnique partibus antistare et defensare promidtimus. quid si minime potuerimus aut noluerimus eos vobis vestrisque eredibus antistare et defensare, vel si nos ipsis forsitans per quolivet ingenium vindictionem istam quam prelegitur, remobere aut retornare eos vobis quesierimus, tunc ante omnia questio et causatio nostra exinde tacita et bacua et inanis, et ad compositionem siamus obligati nos et nostris filiis et eredes ad componendum vos vestrisque eredibus triginta auri solidos constantinos, et que aput vos fuerit remelioratum super factum edificium, sub estimatione pretii nos vobis restituamus; de colludio autem secundum legem nos vobis iuremus per dei misteria. si autem sicaita genetrice nostra qui supra landoni et madelfrede, aut quicumque omo pro eius, in anc nostram vindictionem introierit et legibus sue rationis vobis exinde tulerit, amodo antiposuimus et obligavimus vobis qui supra germani, ud licentiam et potestatem abeatis vos et vestris heredibus cum ista cartula introire in ipsa rebus nostra da lu mercatum [1]) et tollere exinde alio tantum per appretiatum, quantum de ista nostra vindictione nobis tultum fuerit, et omni tempore per supradictam obligationem firmiter eos abeatis cum vice de via sua, et faciatis exinde omnia quod bolueritis. Iterum, et si de exdicta nostra vindictionem vobis vel ad vestris eredibus causatio fuerit exurte et per bos ipsis inde bolueritis esse defensores et autores, in omnibus licentiam et potestatem abeatis vos et vestris eredibus cum ista cartula et cum omnis alia monimen et rationem que exinde abere potueritis, inde causare et omnia agere et perficere, et rebus ipsa vobis defensare, sicut bultis; nam, quando nos vel nostris eredibus quesieritis abere auctores et defensores, nos vel nostris eredibus ipsa vobis defensemus et omnia adimpleamus, sicut superius legitur. † et anc cartulam te maraldus notarius scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego qui supra leo

† ego leo

† ego ioannes.

---

[1]) *Da lu mercatum*, vulgaris modus dicendi, scilicet *ex loco mercatu* (Nuceriae).

CCCCXCIV.

A. D. 996.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri iohanni et hoctabo anno principatus domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense aprilis nona inditione. ideo qui ego ursu filius quondam marini faber qui dicitur caballario, una mecum adesset desijo amalfitanus thium et distributorem meum, clarefacio, quoniam ante os annos, quando ipse marinus iacebat in infirmitate, unde defunctus fuit, adhuc recte loquentem iudicabit et in manum illum commisit ipsius desigi de rebus sua venumdandum et debitum inde salbandum, quod ille dare debuit. Insuper et iudicavit, ut mulier nomine blactu genetrice mea qui fuit uxore sua, recolligere dota sua qui fuerunt solidi biginti unum, et pro quibus ipsa genetrice mea alium virum sibi copulavit costantinus nomine filius ursi, propterea ipsa mulier dote ipsa de causam ipsius genitori meo tollere querit et illut sibi habere: simulque et ab ipsi creditoribus et fideiussoribus nimio sumus obpressi volendum a nos recolligere ipso devitum, unde postulavit predicto desijo qui est thio et distributores nostrum, ut una mecum de rebus qui fuit ipsius genitori meo, venumdare, et pretium quod exinde tulerimus ab ipsis creditoribus et predicte genetrici mee, retdere, ut ego nominatus ursu solutus manere ab omni parte de ipso debitum. ille autem exaudita mea postulationem, una mecum ante presentia adenolfi iudici perrexit, cui hec omnia nota fecimus, et ante ipsum iudex palamfacio, quoniam mihi est pertinentes habere rebus in locum gallucantu ulter petralena finibus salernitane a pars ipsius genitori meo, in quo predictus genitor meus a nobo fundamine construxit ecclesia vocabulum sancti felici et sancti nicolai. unde quoram presentiam ipsius iudici ostedit scriptiones de ex eadem rebus pertinentem. una cartula continentem: mulier nomine blactu atrianense filia sergi barbenti de amalfi venumdederat ipsius marini genitori meo quartam partem qui fuit sortionem petri viri sui, de rebus ipsa de iamdicto locum gallucantu per finis: de subter parte fine, sicut discernit litus de mare: de super fine bia, que deducit per ipsa petralena; et a parte occidentis fine ballone que deducit in mare; et de alia parte fine sicut discernit rupa[1]). de hec vero rebus infra predicte finis inclita ipsam partem, quod fuerat sortionem predicti viri sui, sicut ipsa cartula continet qui scripta est per aghenardus notarius in anno tricesimo septimo principatus domni paldolfi et secundo anno eius salerni et sexto anno principatus domni

[1]) *Rupa* — rupes, saxum.

paldolfi eius filio, mense december octaba indictione, roborata per iaquintus iudex et per aliis sufficientem. alia carta: ursu faber qui fuit abio meus filius ursi presbiteri amalfitano qui vocabat caballaru, ut ipse marinus genitor meus qui fuit filius eius, habere parata rebus ulter petralena ubi dicitur gallucantu, et ipse marinus in iamdicta rebus ecclesia construxit vocabulum sancti felici et sancti nicolai , et ipse habio meus vice mea et vice de aliis germani mei, qui de hoc seculo vitam finierunt, confirmavit iamdicti desigi de iamdicta rebus una pecia de terra . . . . et bacuum uno teniente per hec finis et mensurie: de super fine ipsa bia puplica qui venit da nuceria, inde per latitudo passi tridecim; a parte occidentis sicut termiti ficti sunt, et inde passi triginta octo, et da completa ista mensuria revolbente in pars occidentis, sicut ora de ripa et limite discernit et termiti ficti sunt, et exiente et coniungente se in medio ballone sunt per ista fine per mensuria passi triginta, et descendente per medio ipso ballone usque aqua de mare: a parte occidentis fine rebus de ipsa ecclesia, quod ipse marinus frabicaverat, inde passi biginti sex, et revolbente quasi in pars occidentis sunt per ipsa revolta quasi revolbit in pars occidentis passi decem, et revolbente quasi in pars meridie per fine rebus ipsius ecclesie passi octo, et da completa ista mensuria descendente usque aqua de mare. ec tota rebus, sicut diximus, inclitum illut ipse ursu nobis tradidit ad faciendum inde quod voluerimus, sicut ipsa cartula continet, qui scripta est per iohannes notarius in anno sexto principatus supradicti domni iohanni de mense ianuarius secunda indictione roborata sufficienter. una scriptio, qualiter domnus iohannes episcopus sancte sedis salernitane per vona combenientia libera fecit ipsa ecclesia sancti felici de iamdicto locum gallucantu quod ipse genitor meus construxit, sicut ipsa scriptio continet qui scripta est per mirandus notarius in anno septimo principatus domni paldolfi principis de mense september decima indictione roborata per ipsum domnus iohannes episcopus et per petrus iudex et per aliis sufficiente. et congruum est mihi iamdicti ursi tota et inclita supradicta rebus per supradicte finis et mensurie, qualiter per ipsa monimina mihi est pertinentes habere a parte supradicti marini genitori meo vel undecumque in ipso locum, totum et inclitum illut venumdare adelverti comiti filio bone memorie lamberti; et ideo ego nominatus ursu, sicut mihi congruum est mea voluntatem, una mecum adesse ipse desijo thio et distributores nostros, iusta legem et consuetudo nostre romanorum per largietatem et absolutionem superii dicti domni gloriosi principi, quem nobis dandum direxit per ipsum adenolfus iudex, ante ipsum iudex et subscripti idoneis hominibus per anc cartulam mea voluntate venumdedi atque ad semper habendum confirmavimus tibi iamdicti adelverti comiti tota et inclita supradicta rebus per supradicte finis et mensurie et cum inclita ipsa ecclesia, qualiter conciata et edificata est, et cum omnia infra ipsis rebus habendum et suis pertinentiis, et cum bice de bia sua, et cum omnia ad ipsa ecclesia pertinentes, et cum supradicta monimina cum omnia quantum continet, unde nul-

lam mihi vel ipsius genetrici mee aut cuiquam hominibus vel in quavis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem; set, sicut dictum est, totum et inclitum illut tibi iamdicti adelverti comiti venumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu et tuos heredes illut habendum, possidendum, dominandum, omnia inde faciendum quod volueritis absque cuiuscumque conrietate vel requisitionem. et pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra vindictionem a presentis recepi a te iamdictus emtorem meum, una mecum adesse ipse desijo thio meus, auri solidos de tari viginti ana quadtuor tari per solidos, sicut inter nos combenit in omnis deliberationem. de qua ego nominatus ursu per vona combenientia guadia tibi iamdicti adelverti comiti dedi et me ipsum tibi mediatorem posuit; et per ipsa guadia obligo me et meos heredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique heredibus inclita supradicta nostra vindictione da omnis homines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaberimus et aliquit, de quomodo superius legitur, quesierimus remobere aut contrare, et quodcumque causationis vobis exinde preposuerimus, per ipsa guadia obligo me et meos heredes componere tibi tuique heredibus duplo supradicto pretium quod flunt solidi quadraginta, et, sicut dictum est semper illut vobis defensemus, et questio et causatio nostra sit inde tacita et bacua. preter, quando per vos ipsis volueritis inde esse autores et defensores, bice nostra licentiam et potestatem habeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum supradicta monimen quod superius vobis dedimus, et cum quale alia monimen et rationem inde habueritis; nam, quando nos inde quesieritis habere autores et defensores, remittite ad nostram potestatem supradicta monimen quod vobis dedimus, et ego et meos heredes illut tibi tuique heredibus defensemus et omnia vobis adimpleamus, sicut superius legitur, et post finem factam ipsa monimen, quale illam nobis dederitis, ad vestram illam remittamus potestatem, ad habendum illam vos in iamdicta rationem per iamdicta guadia et obligata pena. verumtamen hoc memoramus et palamfacio, quoniam mastalus filius sergi qui dicitur tramontanu, habet scriptionibus de eadem rebus continentes; unde modo in eadem presentiam ostedit exinde ipse mastatus tribus scriptionis. una continentem : acceptus filius iohanni calbarosi et gemma uterina sorore eius et filia predicti iohanni secundum legem et consuetudo eius romanorum venumdederat iohanni et landolfi atrianensi filii sergi medietate ipsa rebus per finis, sicut ipsa cartula continet, qui scripta est per maracdus notarius in anno vicesimo quinto principatus domni gisolfi de mense iulius quintadecima indictione. et ipsa alia scriptio continentem, qualiter ipsi iohannes et landolfus ipsa medietatem rebus quod paratam habebat da ipsi acceptu et gemma, illut venumdederat leoni filio ipsius iohanni calbarosi: scripta cartula ipsa per petrus notarius in anno tricesimo principatus domni gisolfi de mense december sexta indictione. et ipsa alia scriptionem continentem: ipse leo filius iohanni calbarosi venumdederat ursi faber qui fuit habio meumque ursi et filius ursi, qui vocabat cabal-

lario, tres sortionis de ipsa rebus per finis una sortione quod ei pertinuerat da genitore suo, et due sortiones quod ei pertinuera da acceptus et gemma fratrem et sororem, sicut ipsa cartula continet, qui scripta est per antipertus notarius in anno quadragesimo tertio principatus ipsius domni gisolfi et primo anno principatus domne gemme uxoris eius et domni paldolfi obtato filio eorum, de mense iunius tertia indictione. hec supradicte scriptionibus ostedit ipse mastalus, ut, quando tibi iamdicti adelverti comiti vel ad tuos heredes necesse fuerit pro ipsa nostra vindictione causandum, ipse mastalus et eius heredes supradicte scriptionis, et si amplius inde abuerit, ille vobis ostendere et dare ille vobis debeant, donec de rebus ipsa finem faciatis, et vos vestrisque heredibus licentiam habeatis bice nostra de supradicta nostra vindictionem inde causare cum ipse scriptionis et cum ille que superius vobis dedimus, et cum quale alia rationem inde habere potueritis, et per vos ipsis illut vobis defensatis in omni ordine et rationem, sicut superius diximus, et post finem factam ipse scriptionis quod ipse mastalus vobis dederit, ad illorum remittatis potestatem, abendum ille in predicta rationem et in omni ordine et ratione venumdedimus vobis de quantum quantoque mihi est pertinentes habere a petra que dicitur lena, usque ballone maiore qui est in partibus occidentis, sicut superius diximus, habendum illut et faciendum inde quod volueritis. et ego supradictus desiio obligo me et meos heredes omni tempore antistandum et defensandum tibi iamdicti adelverti comiti et ad tuos heredes inclita supradicta rebus, qualiter superius dictum est, a parte uxori mee et da omnes homines, qui pro nostra parte et datum aut pro pars et datum ipsius uxori mee quodcumque causationis vobis vestrisque heredibus inde preposuerit. et si taliter eos vobis non defensaberimus et aliquit inde remobere aut contrare quesierimus, componere hobligo me et meos heredes tibi tuique heredibus quadraginta auri solidos constantini, et, sicut dictum est, illut vobis defensemus, et ego nominatus mastalus per vona combenientia guadia tibi iamdicti adelverti comiti dedi et mediatorem tibi posuit supradictum constantinum filium ursi; et per ipsa guadia obligo me et meos heredes omni tempore supradicte scriptionis, vel si amplius scriptiones habere potuerimus ille que, sicut dictum est, ostedimus vobis nominato adelverti, vel si amplius, sicut dictum, inde habuerimus, faciamus ille salbe absque de igne et zala; et quando tibi tuique heredibus supradicte scriptionis quod ostedimus, seu si amplius scriptiones de rebus ipsa habere potuerimus, necesse fuerit pro ipsa rebus causandum, tunc nos et nostris heredibus tibi tuique heredibus ille demus had abendum vos tote ipse scriptionis, donec de rebus ipsa finem faciatis; et post finem factam, ipse scriptionis, quante et qualis ille vobis dederimus, ad nostra et de nostris heredibus emittatis potestatem, ad abendum nos ille in iamdicta ratione, sicut et supradictum est; et abeamus spatium ad ipse scriptiones vobis dandum a quo illut nobis dixeritis, usque diebus octo; et si taliter omnia suprascripta vobis non adimpleverimus, sicut diximus, et aliquit inde remobere aut contrare quesierimus, per ipsa guadia com-

ponere obligo me et meos heredes tibi tuique heredibus biginti auri solidos costantinos, et, sicut dictum est, omnia suprascripta vobis adimpleamus. et taliter scribere rogavimus te iaquintus notarius. actum salerno.

† ego qui supra adenolfus

† ego atenolfus

† ego guido

CCCCXCV.

A. D. 996.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri iohanni et octabo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principes, mense iunius nona indictione. memoratorium factum a me iaquintus clericus filius gaudiosi, eo quod ante supscripti testes per largietate et absolutione domni maioni archidiaconi ecclesie sancti maximi, situs intus hanc salernitanam cibitatem, et ipse abbas est unum de dominii ipsius hecclesie, una nobis adesset aghernardus notarius adbocatorem predicte hecclesie, per bona combenentia ad laborandum et pastenandum tradidimus ursi filio petri qui dicitur pappacena, de rebus predicte ecclesie pertinentem, quem ego in beneficium teneo a pars ipsius hecclesie in finibus nuceria ubi agella dicitur, que sunt pecie tribus: due ex ille sunt arbustate et alia est bacua, et castanietum ibidem coniuntum in quo aliquante insites sunt. et est una ex ipse pecie de terris cum arbustis per mensuria: a partibus orientis passi biginti quinque, et a septemtrionalis abet passi sexaginta unum, et ab occidentis passi triginta unum, et a meridie passi sexaginta tres. et ipsa alia pecia de terra cum arbustum a septemtrionalis abet passi triginta duo, et a pars occidentis passi sexaginta sex, et a meridie passi triginta sex, et ab orientis sunt passi sexaginta, et ex omni parte sunt coniunte ad fine rebus predicte hecclesie. iste pecie de terris cum arbustis tradidi ei ad laborandum tali ordine, ut amodo et semper ille et eius heredes ipso arvustum sue potestatis tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitati ibi facere rationabiliter, et de quod ibidem seminaberint, deant nobis inde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et annualiter abtis temporibus ambo suprascripte pecie de terris cum arbustis potare, propaginare, sculciare [1], et cludere, et ubi meruerit, arbores et bites

---

[1] *Sculciare*, idem ac *scolzare*, ut in Du Cange = *purgare*.

plantare, et sic totum eos de super et de supto laborare, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, ut totum bene paread laboratum et cultatum; et annualiter per vindemie faciant nos vel pars ipsius hecclesie scire, ut dirigant ibidem missum suum, et illis totum ipsum arbustum bindemiare, et totum ipso vinum ibidem ad palmentum et omnis poma exinde per tempore per medium equaliter dividere: pars ipsius hecclesie tollant illut medietatem, et ille medietatem. Et ipsa alia pecia de terra vacua qui est coniunta ad predicto castanietum, quod ei ad pastenandum abellanietum tradidi in ipso locum agella, per hec mensuria: ab orientis abet passi quinquaginta duo: a septemtrion passi biginti septem et medium passum: ab occidentis passi quinquaginta, et a meridie passi biginti duo et pedem unum et planta: tota suprascripta mensuria mensurata est ad passum qui signatum est in obsida hecclesie sancti marcelli situs ante ipso castello betere de nuceria. hista pecia de terra bacua cum ipso castanietum qui est ibidem a super coniuntum, et cum ipsi insites, inclitum, ut diximus, illut ei tradidi tali ordine, ut amodo et semper ille et heredes eius ipso castanietum et tota ipsa terra bacua per ipsa mensuria sue potestatis tenere et dominare, et omni tempore abitare in una de ipse pecie de ipsis rebus, quails eorum placuerit, et in tota ipsa terra bacua per ipsa mensuria pastenare abellanietum, ut amodo et usque decem anni completi perfectum abellanietum factum et cultatum abeant, sicut de tantos annos in ipso locum meruerit; et a quo parutus sit, ut abellane inde colligere, tunc per omnis annum amodo et semper ille et eius heredes ille colligere et seccare[1]) et tertiam partem secche exinde ad missos nostros dare, et annualiter colligere ipse castanee et tertiam partem secche similiter ibidem ad missos nostros dare, et amodo et usque quinque anni completi insitare quantum melius potuerit de ipso castanietum, et quante insites inde collexerit, sibe de ille quomodo ibi sunt, sibe de ille quod insitaberit, medietatem secche ibidem ille nobis deant seu ad misso nostro; et quantum de ipso castanietum non potuerit insitare usque ipsi quinque anni, potestatem abeant pars ipsius hecclesie alteriis illut ad insitandum dare, et quale missum nostrum illuc direxerimus pro ipsa nostra sortione de omnia quantum supra diximus, illis autem eum notrire rationabiliter secundum suam possibilitatem, donec pro ipsa sortione nostra recipiendum ibi steterit, sibe si nos ibidem yerimus pro eo; et si boluerimus ibidem reponere annualiter ipsa nostra sortione de ipso vinum, demus eorum horganeo bonum da vinum, et ille eum recipere et conciare et reponere in applictum coniuntum ad reditum in quo ille abitaberit, et faciant illut salbum, donec illut inde tulerimus absque degeneratione et ingne, et donec steterimus nos aut misso nostro pro ipsa sortione nostra recipiendum, resideamus in ipso applictum, sicut merue-

---

[1]) *Seccare*, idest insolare, vel furno arefracere.

rit, et ibi maneamus. et si da ipsi decem anni in antea noluerint ipsa tota suprascripta tradictio tenere per supradicto ordine, licead illum et heredes eius cum uxoribus et filiis et hominibus eorum inde exire et excotere inde omnis redita et palmenta et omnis illorum causa, et pergere cum eo ubi boluerint, et tota et inclita suprascripta rebus ebeniad ad potestatem pars ipsius hecclesie, et ipso organeo nobis retdant; et si antea quam illut dimiserint, de ac terra salernitana exierint aliubi ad abitandum, si infra tribus anni fuerint rebersi, tunc, si illis boluerint, ipsa rebus in predicto ordine ebeniant ad eorum potestate; et si infra tres anni rebersi non fuerint, non querant amplius ipsa rebus tenere: tamen, si noluerimus, donec illut tenuerit, reponere ipso vinum ibi, portarent ipsa nostra sortione usque cellario ipsius hecclesie da ipsi pariti in ipsa fines nucerie. de qua per bona combenientia guadia nobis ipse ursus dedit et mediatorem nobis posuit se ipsum et petrus de ayrole, ubi caprile dicitur, filius ermengari; et per ipsa guadia obbligavit se et suis heredibus, ut si aliquit de omnia suprascripta contradixerit et talia nobis et a pars ipsius hecclesie non adimpleberit, per ipsa guadia componere hobligavit se et suis heredibus nobis et ad partibus predicte hecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. et hunc brebem scripsi ego superius dictus aghenardus notarius.

† ego grimoalt

† ego andreas

† ego petrus me subscripsi.

CCCCXCVI.

A. D. 996.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri iohanni et octabo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense agustus nona indictione. memoratorium factu a me petrus filius dominici monachi, eo quod ante subscripti testes per bona combenentia tradidit mihi ad tenendum et casa faciendum maio archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi de terra pertinentem istius ecclesie de intus hanc salernitanam cibitate in ipso plaiu a super ipsa ecclesia per ec finis et mensuria : a pars orientis fine ipsius ecclesie, sunt inde pedes biginti quadtuor: a pars septemtrionis similiter fine ipsius ecclesie, sunt inde pedes sedecim: a pars meridie similiter fine ipsius ecclesie sicut pariete discernit, cessante da ipso pariete unum pedem, sunt exinde pedes alii sidecim de latitudo: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, et inde pedes biginti quadtuor: totum mensuratum ad iusta manum omi-

ni. per ipse finis et mensurie totum et inclitum illut mihi tradidit. pro itaque guadia mihi dedit et mediatorem mihi posuit iaquintus diaconus filius quondam iohanni, tali ordine, ut amodo et usque biginti anni completi licead me et meis eredibus et omines quem nos ibidem miserimus, inclita supradicta sua tradictione per supradicte finis et mensurie nostre potestatis tenere et dominare, et casa lingnitia, quale boluerimus, ibidem edificare, et ibidem residere et abitare, et omnis nostra utilitate ibidem facere, qualiter boluerimus; et per bona combenientia per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos, et pars ipsius ecclesie amodo et usque ipsi biginti anni completi defensare nobis nostrisque eredibus inclita supradicta sua tradictione cum bice de bia sua da omnes omines omnique partibus, et non ante ipso constitutum illut vel exinde nobis tollere aut contrare. ad completi ipsi biginti anni licead nos et nostris heredibus inde disturbare tota ipsa casa et illam exinde excutere cum omnis nostra casa que ibidem abuerimus, et pergere cum illo ubi boluerimus, sine cuiuslibet contrarietate vel requisitione, et ipsa terra bacua per supradicte finis et mensurie perbeniant ad potestatem predicte ecclesie. quod si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ipse abbas et successores suos nobis nostrisque eredibus non adinpleberit, et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia obbligabit se suosque successores et pars ipsius ecclesie ad componendum nobis nostrisque eredibus biginti auri solidos constantinos. et nos pro taliter stetimus exinde dare censum per omnes annum usque ipso constitutum in pars ipsius ecclesie unum aureum tari bonum de moneta pesante et medium tari de dinari de moneta, quales illis diebus andaberit: verumtamen memoramus, quia supradicta terra est a pars orientis per mensuria pedes biginti quadtuor, et a pars septemtrionis sunt pedes sedecim, et a pars occidentis sunt pedes alii biginti quadtuor cessante da ipso parientem unum pedem, et a pars meridie sunt pedes alii sedecim ad supradicta mensuria, et ibidem casa terranea lingnitia ibidem edificemus. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego grimo presbiter et primicerius

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego iaquintus qui supra diaconus

† ego andreas.

CCCCXCVII.

A. D. 996.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri iohanni et octabo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense octuber decima indictione. memoratorium factum a me maio archidiaconus et abbas ecclesia sancti maximi que dedicata est intus hanc salernitanam cibitatem, unde ego sum unum de dominii ipsius hecclesie, una mecum adesset aghenardus notarius advocator noster, eo quod ante supscripti testes tradimus ursi filio petri qui dicitur pappacena, una pecia de terra cum pastino de arbusto quod partibus ipsius nostre hecclesie abet in finibus nuceria ubi agella dicitur, quod ante os annos a pars ipsius hecclesie ad pastenandum retinuit cicerus filius cennami, et ille ipsa rebus ad pars ipsius hecclesie retradidit cum ipso brebem quod de ipsa pastenatione abuit. et est rebus ipsa per hec finis et mensurie: a pars septemtrionalis fine bia puplica que pergit ad ipse turri et ad ipsi pariti, sunt inde passi decem: a pars occidentis fine quomodo termiti ficti sunt, sunt inde passi septuaginta septem: a meridie fine ipsius hecclesie, sicut limite discernit, sunt inde passi duodecim: ab orientis fine sicut terminantum est et coniungente in ipsa bia puplica, sunt inde passi septuaginta septem, totum mensuratum ad iusto passum homini. per iste finis et mensurie inclitum illut ei tradidimus tali ordine, ut amodo et semper potestatem abeant ille et eius heredes tota suprascripta nostra tradictione sue potestatis tenere et dominare, et annualiter totum illut temporibus suis de super et de supto laborare et, ubi meruerit, arboribus et bites plantare et traere et salbum facere, et sic illut totum de super et de supto laborare, quatenus semper proficiant et non dispereant, ut bene paread laboratum et cultatum; et de quod annualiter ibidem seminatum fuerit, deant nobis exinde terraticum vel in pars ipsius hecclesie secundum consuetudinem de ipso locum; et annualiter per bindemie faciad pars ipsius hecclesie scire, ut dirigant ibidem missum suum, et illis totum ipsum arbustum bindemiare et totum ipso vinum ibidem ab palmentum per medium equaliter dividere: ipse misso nostro tollant illut medietatem et ille vel eius heredes medietatem, et ipsa nostra sortione de ipso vinum portare ipse ursus vel eius heredes ad cellarium nostrum da ipsi pariti sibe in agella et mittere illut in buctem [1]) nostram, ita ut per rationem adiubent illis ad conciandum ipsa bucte per annum, ubi illut midtere boluerimus, et donec ibi-

[1]) *Buctem*, vox vulgaris, dolium.

dem steterit ipse misso nostro pro ipso vinum recipiendum, illis autem eum notrire rationabiliter, secundum suam possivilitatem; et si ille vel eius heredes rebus ipsa in predicto ordine laborare noluerint, tunc remidtere illam inclita operata et salba ad potestatem pars ipsius hecclesie. et si de ac terra salernitana exierint aliubi ad abitandum, tunc tota rebus ipsa trasactibe ebeniant ad potestatem partibus ipsius hecclesie, scepto si redierint infra tribus anni hic ad abitandum, si boluerint, recolligant illut sibi ad tenendum omni tempore in iamdicto ordine: preter, si ipsa rebus inbenerit laborata, recolligamus inde eodem anno ipso frudio. de qua sue bolumtatis guadia nobis ipse ursus dedit, et mediatorem posuit se ipsum; et per ipsa guadia hobligabit se et suis heredibus, ut, si omnia suprascripta non adimpleberint et aliquit exinde contradixerit, per ipsa guadia componere hobligavit se et suis heredibus nobis, et ad nostris successoribus et ad pars ipsius hecclesie biginti auri solidos constantinos. et hunc brebem scripsi ego aghenardus notarius, qui interfui.

† ego grimoaldus

† ego dauferius notarius me subscripsi

† ego alfanus notarius me subscripsi,

CCCCXCVIII.

A. D. 996.

Summarium »

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni Iohannis, et octavo anno principatus Guaimarii eius filii, mense octobri decima indictione.

« Haec charta de eadem locatione terrae in finibus Nuceriae, ubi Agella dicitur, agit, de qua « antecedens; et est declaratio Ursi filii Petri qui dicitur *Pappacena*, qua eodem pacto iisdem« que muneribus praedictam terram in locationem ducit a Maione archidiacono et abbate eccle« siae sancti Maximi. Idem notarius Aghenardus hanc chartam exaravit.

Adsunt firmae testium :

† ego qui supra maio archidiaconus et abbas

† ego iohannes presbiter et cardinalis

† ego grimoaldus

† ego dauferius notarius me subscripsi

† ego alfanus notarius me subscripsi

CCCCXCIX.

A. D. 996.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri iohanni et octabo anno principatus domni guaimarii eius filio glor'osi principibus, mense octuber decima indictione. Memoratorium factu a me petrus presbiter filius quondam marini sarnese, qui sum rector ecclesie sancti angeli, que constructum est intus hanc salernitana civitate a suptus et propinquo platea que deducit ad porta elini, pertinentem ecclesia ipsa de heredes guaiferi et de eredes guidoni filii quondam guaimarii, eo quod ante subscripti ydoneos testes per absolutionem de ipsi domini de ipsa ecclesia tradidimus ad tenendum et casa faciendum iaquinti germanus meus de terris bacue ipsius ecclesie, que sunt a suptus et erga ipsa ecclesia infra hec finis et mensuriis: de omni partem finem ipsius ecclesie, et est per mensuria ex anbas partes ana pedes triginta: de longitudo et latitudo in uno capite pedes decem, et in alio capite pedes octo ad iusto pedem manum hominis mensuratum. per ipse finis et mensuriis inclitum illut ipsius iaquinti tradidi usque viginti quadtuor anni conpleti tali hordinem, ut amodo et usque ipso constitutum illut sue potestatis habere et dominare, et fobee et omnis sue hutilitatis ibidem facere iusta rationem ille et suos heredes et homines quod ibidem miserit, et casa lignitia licead eos ibi facere, et sue potestatis eam habere, et ibidem residere et abitare, et pro censum de ipsa traditionem dare mihi per annum usque ipso constitutum vel in partibus ipsius ecclesie unum aureum tari. ad conpletum ipso constitutum licead illum et suos eredes, vel homines quod ibidem miserit, inde exire cum omnia sua causam et cum omnis lignamen de ipsa casa et pergad ubi voluerit, et ipsa traditionem per iamdicta mensuria bacua revertad ad potestatem ipsius ecclesie. unde in eo hordine per bona conbenientiam guadia mihi ipse iaquintus dedit et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per eadem guadia obligavit se et suos heredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare et talia non adimpleberit in pars ipsius aecclesie, per ipsa guadia componere obligavit se in pars ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos. et unc brebem scripsi ego mirandus notarius qui interfui.

† ego grimoaldus

† ego petrus me subscripsi.

D.

A. D. 996.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri iohanni et octabo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense december decima indictione. in sacratissimo salernitano palatio ante supradicta gloriosa potestatem, stantem ego adenolfus iudex, causavit dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie pertinentem supradicto domni principi intus hanc salernitanam civitatem, una cum teudericus advocatorem ipsius ecclesie, cum leo atranianense naturale filio quondam ursi inginiusi dicentes, ut ipse leo malo hordine introisset in rebus ipsius ecclesie de locum iobi finibus salernitanis et per aliis locis, qui fuit rebus ipsa supradicti ursi inginiusi, et fobeas in ipsis rebus fecisset, et frudium inde tulisset, et arbores et sepali exinde abscidisset, et rebus ipsa ad pars ipsius ecclesie contrasset, et insuper aberet ipse leo monimen propiam pertinentem ipsius ecclesie. ipse leo dixit, ut in ipso locum iobi et per aliis locis abere rebus et tenere, set nescire de qualem cum eum causavi, et de ipsa monimen dixit abere monimen suam de ipsa rebus pertinentes, qui dicebat suam esset. Unde inter eis iudicavi et utrisque illis guadiare feci: pariter super ipsis rebus cum iudicem et notarium pergerent, et ipse abbas monstraret de qualis rebus cum eum causavi, et per partes plicarent se cum suis rationibus et secundum legem inter se inde finem facere de ipsa rebus et de ipsa monimen; unde ipse leo posuit mediatorem (*deest nomen*) et ipse abbas similiter posuit mediatorem odericus filius racci. et pro parte ipsius ecclesie oc scribere fecimus te iohannes notarius.

(*Desunt firmae*)

DI.

A. D. 997.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus nostri iohanni et octabo anno principatus domni guaimarii gloriosi principibus, mense ianuarius decima indictione. ante me adenolfus comes et iudex iusta legem et consuetudo romanorum coniunserunt se ad combenientia iohannes atrianense filius ursi de dumeti, et mulier nomine grusu uxor sua filia ser-

gi, et mulieres nomina earum grusu et blacta sorores ipsius iohanni et filie supradicti ursi, propter rebus et causam que fuit ipsius ursi. unde ipse sorores dicebant, ut rebus et causam que fuit ipsius genitori sui, eorum exet pertinentem tertiam partem per suis rationibus per datum ipsius ursi, et ipsa grusu uxor ipsius iohanni querebat ab ipso biro suo recolligere sexaginta solidos, quod dicebant pro dotis tam de auro quam et de adpretiatum datum aberet ipsius biri sui, quando eam sibi uxorem sociabit. set, dum inter se combenientibus ipse sorores, tamen ipsa grusu per consensum leoni atrianensi filii petri viro suo, unanimiter ipsi vir et uxor manifestaberunt ipsorum iohanni et ad predicta uxor eius de inclita rebus illa que fuit ipsius ursi de locum beteri, de quantum ipsius ursi fuit pertinentem abere da biam que dexscendit ad mare in subto usque flubio de ipso locum beteri, ut nullo modum cum ipse iohannes vel cum ipsa grusu uxor eius vel cum illorum eredes exinde causare aut contendere non potere per nulla ratione; et ipse iohannes per combenientia pro ipse dotis, quod ipsa uxor sua ab eum recolligere quesit, inclita rebus ipsa remisit et tradidit ad potestate de ipsa uxore sua; quam et tradidit ipsius uxori sue inclita terra cum casa frabita solarata, quod dicebat ipse iohannes de sua causa frabicasset in ipsa terra, que fuit ipsius uxoris sue, de ipse dotis. hec bero rebus et casa ipse iohannes ipsius uxoris sue pro inclita ipse dote tradidit, ad securiter et firmiter ipsa uxor sua et eius eredes illut abendum et faciendum inde quod boluerint; et ipsa grusu manifestabit, ut amplius de ipsa dote sua ipsius iohanni vel ad eius eredes non querat tollere vel abere. de alia rebus et causam pertinentem ipsius iohanni combenit inter illis, ut ipsi vir et uxor aberent illut diebus bite sue ad frudiandum nomine, in casis sue residendum, et rebus ipsa frudiandum, et de ipso frudium faciendum quod boluerit: post amborum viri et uxoris obitum inclite terris et casis et omnis rebus et causam ipsius iohanni stabile et mobile, de quantum eidem iohanni pertinentem est abere per qualecumque rationem, inclitum illut perbenirent ad potestatem de ipse sororis sue vel de illorum eres cum omnis monimen inde continentem, ad faciendum inde omnia quod boluerit: sceptuaberunt inde serbos et ancillas, ut illos irent liberi apsoluti, et iusta eandem legem et consuetudo sue romanorum per partes obligaberunt se et suis eredibus omni tempore permanendum in suprascripta combenientia. et si taliter in suprascripta firmiter non permanserint et aliquit, de quomodo superius legitur, quesierint remobere aut contrare, et quodcumque causationes inde preposuerit, illa pars, que talia hasserit, obligabit se et suos eredes componere ad illa pars, que in suprascripta firmiter permanere boluerit, quinquaginta auri solidos costantinos, et in suprascripta omni tempore firmiter permanerent. tamen ipse iohannes et ipsa uxor sua a presentis illut tradiderunt ipsius sorori et congnate sue in illo ordine qui supra diximus, et per iamdicta obligata pena. et taliter scribere fecimus te radoaldus notarius.

† ego qui supra adenolfus.

DII.

A. D. 997.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri iohanni et octabo anno domni guaimari filii eius gloriosi principibus, mense ianuarius decima indictione. ante me leo iudex causabit petrus filius maraldi cum petrus filio petri presbiteri dicendum, ut ipse petrus filius petri presbiteri malo hordine introisset in rebus sua de heodem locum nucerie, ubi puciano dicitur a subtus monte levinum, que est terra cum castanietum et quertietum uno teniente, et fovee ibidem fecisset et arbori exinde abscidisset, et illut ei contrasset. ipse petrus dixit, ut in ipso locum rebus aberet et teneret, set nesciret unde cum eum causaret. unde inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci per partes, super ipsa rebus pergeret cum iudicem et notario, et per partes ostenderent suis rationibus, et iuxta legem inter se inde finem faceret; unde per partes posuerunt inter se mediatorem grimoaldus filius ursi. modo quidem propterea ante nos per partes super ipsa rebus sunt coniuncti, et ipse petrus filius maraldi monstrabit ad ipso petrus filius petri presbiteri ipsa rebus in ipso locum pucianu per finis: de pede a septemtrionis fine mea et de consortibus meis et fine ipsius petri, unde nobiscum perbenit ad combenientia, sicut continunt scriptionibus quod per partes intes nos firmate retinemus, et exiente iterum per fine vestra: ab occidente similiter fine nostra et de ipsi consortibus nostris: de super parte a meridie fine ipsius petri filii petri presbiteri et de consortibus suis: ab oriente fine rebus ecclesie sancti angeli, sicut medio vallitellu discernit, inde coniungente ad ipsa fine nostra priore fine. infra supradicte finis dicebat ipse petrus filius maraldi suam esset pertinentes, set ipse petrus filius petri presbiteri dicebat suam et de consortibus suis esset pertinentes; et, dum ex oc plurimum inter se altercantes, perbenerunt exinde inter se ad bona combenientia, et ipse petrus filius petri presbiteri vice sua et de consortibus suis manifestabit se et dixit, ut tota ipsa rebus per iamdicte finis ipsius petri filii maraldi et maranci presbiteri et monachi germano suo esset pertinentes; et ipse petrus filius maraldi iterum manifestabit se et dixit, ut da inde in supra, sicut vadit in partibus meridie usque media serra, totum illut ipsius petri filii petri presbiteri et de consortibus suis esset pertinentes; et, ut in posterum aliquit causatio inter illis non oriantur, fecimus mensurare illut. unde ipse petrus filius petri presbiteri manifestabit ad ipso alio petrus filius maraldi, et est per mensuria per longitudo da pars orientis per ipsa sancti angeli finem da ipsa fine nostra et de ipsi consortibus nostris, et usque ad ipsa fine ipsius petri filii petri presbi-

teri et de ipsi consortibus suis passi . . . . centum, et da pars occidentis erga ipsa fine vestra et de consortibus da... usque in capite usque ad ipsa fine ipsius petri filii petri presbiteri et de ipsi consortibus suis sunt passi alii centum viginti: totum ad iusto passum homini mensuratum. infra supradicte finis et mensurie manifestabit ipse petrus filius petri presbiteri totum esset pertinentes de ipso alio petrus filio maraldi et de ipso iamdicto germano suo, et nullo modum exinde causare aut contendere non poteret cum illum aut cum eius eredes aliquando tempore. similiter et ipse petrus filius maraldi manifenstabit, ut da ipsa fine de ipsa mensuria in supra, sicut vadit in pars meridie usque media serra quod a pars occidentis est per fine mea qui leoni iudici et de ipsi consortibus meis, sicut ascendit per medio vallone, et abiente per medio vallitellu et vadit usque unum termite et da inde coniungente in ipsa serra: de super parte fine media ipsa serra, et da inde descendente per medio toru per fine sancte marie, et abiente per fine que fuit cuidam brunoaldi, sicut discernit medio ballitellu coniugente in limite, et per ipso limite traversante in pars occidentis, sicut pertangit ad fine domnica, et pervadit per fine ipsius petri filii petri presbiteri da mulier nomine monda filia odi et abiente per ipsa fine sancti angeli et rediente usque ad ipsa fine ipsius petri filii maraldi, unde se manifestabit ipse petrus filius petri presbiteri per iamdicta mensuria; tamen ipsa parationem ipse petrus parabit da iamdicta mulier nomine monda da supradicta mensuria in supra in ipsa pars meridie, et per supradicte finis manifestabit se ipse petrus filius maraldi, ut ipsius petri filii petri presbiteri et de ipsi consortibus suis esset pertinentes, et, neque per testes, neque per monimen, neque per nullis modis cum ipso petrus aut cum eius consortibus inde causare aut contendere non poteret. unde, sicut utraque partes inter illis conbenit, guadiati sunt inter se et per partes posuerunt inter se mediatorem petrus filius audoaldi; et per ipsa guadia obligavit se suosque eredes, ut, si in supradicta combenientiam illis et eorum eredes firmiter non permanserit vel aliquit inde contradixerit, componere inter se per partes illis et eorum eredes illa pars, que in ipsa conbenientia firmiter permanere noluerit, ad illa pars que ibidem permanere voluerit, sexaginta auri solidos constantinos, et per invitis omni tempore per partes in iamdicta combenientia firmiter permaneant, et faciant per partes ibidem permanere omnes consortes eorum, quia taliter inter illis fieri conplacuit. et taliter scribere fecimus te iohannes clericus et notarius.

† ego qui supra leo

† ego mirimo

† ego iohannes clericus.

DIII.

A. D. 997.

† In nomine domini quartodecimo hanno principatus domni nostri iohanni et nono anno domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense martio decima indictione. Memoratorium factum a maio archidiacono et abbate ecclesie sancti maximi, qui sum unum de dominii ipsius ecclesie, eo quot in commitatum nucerie ante bonorum hominibus qui supter scripti sunt, ordine pastenandi at pastenandum tradidit petri et stefani germani filii iohanni presbiteri et iohanni qui gentile bocatur filius dominici, una pecia de terra campense, quem pars ipsius ecclesie sancti maximi abet in locum suptus barbaciano ha super campu ubi proprio at castaneolu dicitur, que abet finis et mensurie ipsa terra : ha pars orientis fine rebus ipsius ecclesie, que nunc modo ego qui supra maio archidiaconus et abbas at pastenandum tradidit martini filius theodori de eodem locum barbaciano, sunt inde passi sexaginta sex : a pars meridie fine de eredes liotardi, sunt inde passi tredecim et cubito unum : a pars occidentis similiter fine rebus ipsius ecclesie, que nunc modo ego at pastenandum illos tradidit iohanni filius ursi qui est de ipsa ereditate ipsius liutardi, et inde sunt passi sexaginta octo et pedem unum : a pars septemtrionalis fine quod nunc retinet iohannes genero petri presbiteri, sunt inde passi quadtuordecim : tota ista mensuria at iusto passum homiñi mensuratum. ec bero clausum per supradicte finis et mensurie inclitum illos at pastenandum tradidit ipsorum petri et stefani et gentili pro pars ipsius ecclesie ; unde pro taliter per bona combenientia ipsi supradicti petrus et stefanus et gentile uno tinore guadia mihi dederunt per absolutionem de ipsi genitori sui, et mediatorem mihi posuerunt iohannes filius madelfrit de eodem locum nuceria, tali ordine, ud ammodo et usque duodecim anni completi illis et suorum eredes debeant tenere et laborare et cultare ipsa supradicta pecia de terra per supradicte finis et mensurie, et fobee et omnis sue utilitati ibidem facere, sicut meruerit, ét pastenare ibidem arbores et vites vono bitineo, et non queramus nos vel pars ipsius ecclesie illos ipsorum petri stefani gentili vel ad illorum eredibus illos tollere aut contrare, set da omnes homines omnique partibus illos ei antistare et defensare debeamus omni tempore usque ipso constitutum cum bice de bia, quem modo nos eis assignabi a pars meridie per capite de ipsa terra quem ipse martinus at pastenandum retinet a pars nostra , ud omni tempore liceat illis et suorum eredibus ingredere et regredere per ipsa pastenationem ipsius martini usque ipsa suorum pastenationem. similiter et ipse iohannes filius ursi cum alii homines, qui et alia rebus ipsius ecclesie pertinet at pastenandum retinunt a pars

nostra et illorum eredibus licentiam habeant per ipsa bia, quem modo dissignabimus ha pars meridie per capite de ipsa illorum pastenationem, omni tempore inde ingredere et regredere in supradicto ordine usque ipsa suorum pastenationem; et de quantum vinum hamodo et usque ipsi duodecim anni de ipso pastino tollere vel abere potuerint ipsi petrus, stefanus et gentile, vel illorum eredibus, totum illos sibi abeant, et omnia inde faciant que illorum placuerit, absque omni contrarietate nostra vel de pars ipsius ecclesie; et de quem in eadem terra seminaberimus amodo et usquedum illos illis tenuerint at laborandum, omnem annum terraticum que legibus inde exierit, in tertiam partem illos inter nos dibidamus: illis vel illorum eredibus tollant inde due sorti, et nos vel pars ipsius ecclesie tollamus inde una sorte quod est tertiam partem. at completi vero ipsi duodecim anni, tunc illi vel illorum eredibus abeant tota ipsa terra pastenata et operata et factum ibidem pastinum bonum cultum, surtum et operatum, sicut de tantos annos fuerit et locus ipse meruerit; et usquedum illis vel illorum eredibus illos tenere boluerit ad laborandum, in antea omni tempore nos vel pars ipsius ecclesie antistare et defensare illos eis debeamus in supradicto ordine, et illis vel illorum eredibus debeant illos laborare et cultare annualiter de super et de supter suis temporibus, ut bene pareat laboratum et cultatum, et, ubi meruerit, arbores et vites annualiter debeant illos ibidem pastenare et propagenare, et omnem annum per bindemie tempore faciad scire nos vel pars ipsius ecclesie et debeant illos bindemiare, et totum ipso vinum at palmentum flat dibisum in tertiam partem: nos vel pars ipsius ecclesie tollamus inde una sortem, quod est tertiam partem, et illis vel illorum eredibus tollant inde relique ille due sorti; et si quod illis vel illorum eredibus noluerit illos laborare in supradicto ordine, tunc inclita ipsa illorum pastenationem ebeniant in potestatem nostram vel ad pars ipsius ecclesie; et quod si illos laborare boluerit illis vel illorum eredibus, et per oppressione pars publice vel a generationem de ac terra illis exierimus, et alicubi extra principato salernitano ad abitandum ierint, similiter tota ipsa eorum pastenationem per supradicte finis et mensurie ebeniant in potestatem ipsius ecclesie vel nostra, et abeat spatium usque quinque anni completi. et quot si infra ipsi quinque anni ic rebersi fuerint ad abitandum et recolligere illos voluerit ad laborandum in iamdicto ordine, tunc inclitum illos ebeniant in potestatem illorum vel de illorum eredibus ad laborandum illos in supradicto ordine; et quot si ic non fuerit rebersi ad abitandum infra ipsi quinque anni, tunc postea inclitum illos abeamus nos vel pars ipsius ecclesie absque omni contrarietate illorum vel de illorum eredibus. quot si ipsi supradicti petrus, stefanus, gentile, vel illorum eredibus ipsa terra per supradicte finis et mensurie noluerit laborare et cultare et pastenare in iamdicto ordine, et omnia, qualiter superius legitur, noluerit eos nobis vel ad pars ipsius ecclesie illos adimplere in iamdicto ordine, et quomodocumque per qualecumque rationem de omnia que prelegitur, aliquit inde remobere aut retornare quesierit, tunc per eadem guadia

obligaberunt se suis filiis et eredes at componendum nobis et ad posteriores suos vel ad pars ipsius ecclesie viginti auri solidos constantinianos, et omnia, qualiter superius legitur, illos nobis et at pars ipsius ecclesie adimpleant. verumtamen et ab ipsi duodecim anni in antea, dum illis ad laborandum illos tenuerit, omnem annum per bindemie tempore debeant nutrire secundum suam possibilitatem missum nostrum, qui ibidem fuerit ad bigilandum ipso vinum et ipsa sortione nostra de ipso vinum, at suum spendium debeant portare et reponere in ipso cellario quem pars ipsius ecclesie abuerit infra nucerie, et omnem annum concient organeum, hubi illos reponere possant. † ego petrus clericus et notarius interfui et unc brebem scripsi.

† ego maraldus notarius me subscripsi

† ego petru

† ego leo.

DIV.

A. D. 997.

Quum membrana huius anni variis in locis intersecta esset, summarium damus:

† Quartodecimo anno principatus domni Iohannis et nono anno domni Guaimarii filii eius, « mense Martio decima indictione.

« Locatio terrae (quam ecclesia sancti Maximi habet *in loco subtus Barbaciano supra* « *Campu hubi proprio Castaneolu dicitur*) facta a Maione archidiacono et abbate praedictae ec- « clesiae, coram Landoarem comitem, domno Martino filio Theodori. Munus locationis hoc « fuit — Dare uno quoque anno tempore vindemiae medietatem vini supradictae ecclesiae et « terraticum secundum consuetudinem ipsius loci. Haec charta fuit exarata per Petrum cle- « ricum et notarium.

Sequuntur firmae:

† ego qui supra landoari

† ego leo

† ego mirandus

† ego ioannes.

DV.

A. D. 997.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri iohanni et nono anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense martius decima indictione. Memoratorium factu a me dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie pertinentem supradicti domni principibus de intus anc salernitanam cibitatem inter muro et muricino, eo quod ante presentia hadenolfi iudex et comes, et ibique astantibus subscripti idoneos testes una mecum teudericus advocatore nostrum, coniunti sumus cum ursu fili quondam iaquinti propter intentionem quod inter nos abuimus, de rebus et casis, que fuit cuidam petri filio truppoaldi, que pertinentes est rebus ipsa per datum ipsius petri supradicto domni iohanni principi, et per ipsum domnus princeps et domna sichelgaita ipsa rebus et terra cum casa fabrita solarata de intus ec cibitatem a super porta rotense est pertinentes in eadem ecclesia sancte marie. Unde ipse ursus dixerat, ut de omnis rebus et de ipsa terra et casa que fuit ipsius petri soceri suo, ei exet pertinentes per datum predicti petri tres sortis, et mirande uxori sue filia predicti petri una quartam pars a pars maralde genetrice sua que fuit uxore ipsius petri. unde ego ei dixerat, ut in eadem rebus nullam sortionem ille aut ipsa uxore sua deveret abere, pro eo quod ipse petrus omnis rebus sua venumdatum abuit ipsius domni iohanni principi, unde ibique per partes ostedimus monimen quod continevat, sicut superius diximus, set tantum ipse ursus mihi preposuit intentionem, ut ipsa cartula quam ego hostedit, qualiter ipse petrus omnis rebus sua dedit ipsius domni iohanni principi falsam exe; unde ego ei guadiam datam habuit de ipsa cartula adverandum iustam legem. Modo autem, ut dictum est, sumus coniunti exinde finem faciendum; set antequam per legem inter nos illut fineremus, per colloquium bonorum ominum venimus inde ad vona conbenientiam et per largietatem et absolutionem supradicti domni iohanni magnificus princeps sublaxabit et remisit ad potestatem ipsius ursi et predicte mirande uxori sue tota et inclita supradicta terra cum casa fabrita solarata de intus ec cibitatem a super ipsa porta rotense, omnis rebus de locum sepi et castanientum mari, de quantum quantoque pertinentes fuit ipsius petri de ipsa rebus de eodem loco sepi et per actum de eodem locum, et illut de verninianum et illut de licinianum, que sunt pecie due, una cum binea et alia vacua cum aliquantis arboribus quod ipse ursus et predicta uxore sua per firma cartula dicevat datum abet cuidam iohanni filio ipsius truppoaldi per finis et mensuriis ipsa pecia bacua: de super capite fine rebus que fuit ipsius petri, que ipsa nostra ecclesia retinet, sunt inde passi biginti duo, et revolbente in pars meridie passi biginti octo, et iterum re-

volbente in pars orientis passi biginti duo , et da inde rebolbente in ipsa pars meridie usque bia publica que pergit per ipsa pratella, passi centum biginti tres, et per ipsa bia sunt passi quinquaginta: ha partibus occidentis sunt passi centum sexaginta quadtuor, et in medium per trabersum passi quadraginta. Ipsa halia pecia de terra cum binea ibique propinquo est per mensuria longitudo in omni loco passi biginti sex, latitudo passi quadtuordecim, ad iusto passum totum fuit mensuratum. ec totum, sicut superius diximus, de ipsa terra cum casa, et illut de sepi et peractum de ipso locum, et dupinum, et toderada, et tribium, et aqua palomvara, et illut de vernianum et de licinianum per ipsa mensuria, totum a funditus quantum ipsius petri et predicte uxori sue fuit pertinentes abere, illut eorum sublaxabimus, ut omni tempore illis et illorum eredibus securiter illut sibi abere et omnia inde facere quod voleret, absque contrarietate de pars ipsius nostre ecclesie; et obligavit me et pars ipsius ecclesie omni tempore illut eorum et ad eorum eredibus antistare et defensare da illi ominibus et partibus, qui pro pars et datum ipsius ecclesie aut pro pars et datum ipsius domni iohanni principi illorum et ad eorum eredibus exinde emiserit quodcumque causationes, et non aliquit pars ipsius nostre ecclesie exinde tollere aut contrare querat; et si aliquit exinde eorum tollere aut contrare quesierimus et taliter illut eorum non defensaberit pars ipsius nostre ecclesie, ad compositionem obligo me supradictus abbas meosque successores et pars ipsius nostre ecclesie componere ipsorum viri et uxori et ad illorum eredibus duocentos aurei solidos costantinianos, et guadiam ego una cum ipsum advocatorem meum illorum dedit, et medius illorum exinde posuit iaquintus filius petri. Et ipsi amboque vir et uxor pro taliter, tamen ipsa miranda per consensum ipsius viri sui in cuius mundium se dicevant supiacerent, manifestaverunt se mihi da omnis alia rebus, quanta quantoque fuit pertinentes ipsius petri et predicte maralde uxori sue per suum morgincah a foras illut quod superius eorum sublaxabimus, totum ipsius nostre ecclesie exet pertinentes, et, nec per testes, nec per monimen, nec per nulla quoque inventa rationem exinde cum pars ipsius nostre ecclesie causare aut contendere non poteret. Et per vona combenientia sue bolumtatis , tamen ipsa miranda per consensum ipsius viri sui, unanimiter parique consensum guadia nobis dederunt et mediatorem nobis posuerunt adelari thio suo filium mascini; et per ipsa guadia obligaberunt se suosque filios et eredes omni tempore ipsa rebus, unde superius mihi manifestaverunt, antistare et defensare ad pars ipsius nostre ecclesie da illi ominibus et partibus, qui pro illorum pars et datum aut pro pars et datum ipsorum petri et maralde genitor et genetris et socerum et socera illorum ad pars ipsius nostre ecclesie exinde emiserit quodcumque causationes, et non aliquit exinde tollere aut contrare querat. Si autem, sicut dictum est, taliter illut in eadem ecclesia non defensaberit et aliquit exinde tollere aut contrare quesierit , tunc per vona con-

venientia per ipsa guadia componere obligavit se ipsi supradicti vir et uxor suosque filios et heredes mihi vel in pars ipsius ecclesie duocentos aurei solidos costantinianos. Veruntamen dedimus eorum licentiam, ut sic maneant illis et faciant cum ipsi pastenatori exinde, sicut et ego inde facere debuit. quod scripsit ego ursu notarius.

† ego qui supra adenolfus.

DVI.

A. D. 997.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri iohanni et nono anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense aprilis decima indictione. ante me petrus iudex coniunti sunt friderisi comes filius quondam rodoaldi cum manso filio quondam mastali comitis, et cum mulier nomine monda sancte religionis velamen induta, filia quondam amiczi et uxorem fuit quondam guaiferi filius radoaldi, et cum mulier nomine maria uxore ipsius, mansoni et filia ipsorum guaiferi et monde, at faciendum inter se finem de intentione quod inter se abuerunt de terra de intus hanc salernitanam civitate ad ortum magnum, in qua ipse mulieris et predictus manso scale fabrite abebat, quod ipse friderisio inde disturbare querebat pro quibus in terra commune ipse scale fabricate erad; set antequam per lex illut inter se finirent, pervenierunt inde at combenientia. que statim ipse friderisio volumtarie sue per bona combenientia manifestavit ipsarum mulieri et predicti mansoni, ut, qualiter ipse scale edificate sunt cum terra in quo fabricate sunt, ab unde discernunt ipse scale fabrite edificate sunt, ille vel eius heredes cum ipse mulieris, et cum ipso manso vel cum illarum heredibus causare aut contendere non poterent per nulla ratione; et per vona combenientia ipse friderisio guadia ipsarum mulierum et predicto mansoni dedi et mediatorem eis posui alphanus comes filius landoni; et per ipsa guadia obligavit se et suis heredibus, ut, si aliquando tempore quomodocumque per qualecumque ratione causare aut contendere presumserit de ipse scale, qualiter conciate vel edificate sunt, querendum ille tollere aut disturbare, aut quodcumque causationes inde preposuerit, tunc per ipsa guadia componere obligabit se suique heredibus ipsarum mulierum et predicto mansoni et ad illarum heredes triginta auri solidos constantinos, et taciti et bacui inde manere, et tacere faciant inde illi hominibus et partibus, qui pro illorum pars et datum quodcumque causationes inde preposuerit. verumtamen post hunc scriptum in iudicio ostensum et relectum est, et in antea causandum perseberaberimus, tunc autem

illis vel suis eredibus sic ipsa compositione illarum vel ad illarum eredes faciant. et taliter pro parte ipsarum mulieri et predicti mansoni scribere fecimus te alderissi notarium.

† ego qui supra petrus iudex

† ego qui supra friderisi.

DVII.

A. D. 997.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri iohanni, et nono anno principatus domni nostri guaimari eius filio gloriosi principibus, mense iunius decima indictione. Ante me petrus comes causabit dauferi iudex pro pars bice ecclesie sancte marie, quod superius mangus [1]) princes a nobo fundamine construssit in rebus sua intus cibitatem salernitana inter muro et muricino, cum dominicus filio quondam gualperti, et disiio filio quondam adelmari, et maraldu filio quondam ciceri, dicendum eorum, ut malo ordine et sine ratione introixe in rebus ipsius ecclesie, que fuit petri filii petri iudici, et modo est pertinentes ipsius ecclesie in stricturie locum ubi cotrilano et caliano dicitur, et per aliis locis eodem finibus stricturiis in montibus quam et in planis, et fobee ibidem fecisset et frudium inde tulisset. qui statim ipsi nominati dominico, et disiio et maraldu responsum ei retdiderunt dicentes, quia per ipsis locis plure rebus abere, set nescire de quale rebus cum eis causare. nos qui supra comes, dum taliter illis respondente audivimus dicendum, ideo iusta legem iudicabit, et utrisque eis guadiare fecit, ut pars partium plicaret se super eadem rebus cum iudicem et notarium, et cum suis rationis et secundum legem inter se de ex eadem rebus inde finem facere; nunc autem, sicut diximus, super eadem res perressimus, qui statim ipse dauferi iudex pro pars et bice ipsius ecclesie monstrabit rebus ipsa ipsorum per finis in primis: de subter pede fine fluvio pecentino: de uno latere fine ballonc. . . . . aqua decurrit, et de capite de ipso ballone exiente per uno toru et saliente in bia eius, et per ipsa bia pergente in aqua que dicitur aqua hargentia, et inde saliente usque in media serra: de super capite fine media ipsa serra, et de alio latere descendente per una balle que discernit da sabucitu, et descendente in ribus qui dicitur salprandi , et per ipso ribus descendente et coniungente in ipso flubio pecentino qui est priore fine. cum autem monstrabit ipse dauferi iudex rebus ipsa ipsorum per

[1]) *Mangus*, magnus.

finis, tunc illis dixerunt, ut per parentes suos et per rationem illut tenere et dominare; unde iterum inter eis iudicabit et utrisque illis guadiare feci, ut ipse dauferi iudice plicaret se cum monimen et pars eidem ecclesie, et ipsi nominati dominico et desiio et maraldo cum suis rationibus et secundum legem inter se de ex eadem rebus inde finem facere, unde per partes mediatorem exinde posuerunt iohannes presbiter filius quondam leoni. et taliter pro parte ipsius ecclesie oc scribere fecimus te petrus clericum et notarium, qui interfuisti.

† ego qui supra petrus.

DVIII.

A. D. 997.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri iohanni, et nono anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense agustus decima indictione. brebem emissum a me petrus presbiter rector ecclesie sancti martini, quod quidem vone memorie guaimarius comes a nobo construxit fundamine in rebus sua ulter flubio lirno, eo quod ante subscripti ydoneis óminibus per bona combenientia at tenendum et casa faciendum tradidi ego giczi et ciceri germani filii mauronti et petri filii andree de terris pertinentes de ecclesia sancti mighaelis, quod ante os annos a nobo construxit fundamine guido comes, et guaiferius et aloara in terris sue de intus ec cibitate at ortum mangum a subtus platea qui badit at porta eleni; tali ordine, ut amodo et usque duodecim anni completi liceat illis et eorum eredibus predicta terra per hec finis et mensuria: de una parte fine platea, sunt inde pedes undecim et planta una: de alia parte fine ipsius ecclesie, sunt inde pedes quadtuordecim et summisse: alia parte fine ipsius ecclesie, sunt inde pedes tridecim et planta una: de alia parte similiter fine ipsius ecclesie, sunt inde pedes decem, totum at iusto pedem manum homini mensuratum, eos sue potestatis tenere, et fobeas et omnis sue utilitatis iusta ratio ibi facere, et in tota ipsa terra per iamdicte finis et mensuria edificare casa ibidem terranea de lingamen noba; et ubi illis casa ipsa fecerit per ipse finis et mensuria, illis autem et eorum eredibus et ominibus que illis ibidem at abitandum miserit, ibidem resideant et abitare, et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi facere amodo et usque ipso costitutum, et omnis annum usque ipso costitutum deant illis vel illorum eredibus in calendis octuber mense unum aureum tari bonum in pars ipsius ecclesie pro seditura de media ipsa casa. at completi autem amodo ipsi duodecim anni, liceat illis et eorum eredibus et ominibus quem illis ibidem miserit, exinde exire

cum media ipsa lingamen et cum omnis illorum causa quod ibi abuerit, et pergere cum ipso ubi boluerit, sine contrarietate de pars ipsius ecclesie aut cuiquam hominibus, et tota ipsa terra et casa per iamdicte finis et mensuria cum media ipsa lingamen rebertas at pars ipsius ecclesie. et si forsitans ipsa illorum sortione de ipsa lingamen datura vel binditura abuerit at pars ipsius ecclesie, illum bindant at iusto pretium quod iuste fuerit atpretiatum, et faciant illis vel illorum eredibus pars ipsius ecclesie scire pro illum tollendum per tertio costitutum usque dies triginta; et si infra ipsa costituta noluerit pars ipsius ecclesie illum eos emere at iusto baliente pretium, liceat illis eos dare cui boluerit; nam, si ante ipsa costituta cuicumque illos dederit sine absolutione de pars ipsius ecclesie, sine pretium rebertas ad pars ipsius ecclesie. quod si taliter omnia, ut superius legitur, nobis vel at pars ipsius ecclesie non atinpleberit, per bona combenientia hobligaberunt se illis et illorum eredibus nobis vel at pars ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos componere. unde de omnia nobis atinplendum per bona combenientia guadia nobis ipsi suprascripti dederunt, una mecum adesset ipse guido et guaiferius comitibus, qui sunt domini ipsius ecclesie, et mediatores nobis posuerunt se ipsis. et hunc brebem scripsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego dauferi

† ego maio.

In fine chartae haec sequuntur :

Tradidit nobis ginci et cicerus filii mauronti petri filii andree ter de tribus partibus fine ecclesie sancti martini, de una parte fine platea, de una parte sunt pedes quadtuor, de alia parte pedes decem, de alia parte pedes tridecim et planta, de alia parte pedes undecim et planta una.

DIX.

A. D. 997.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri iohanni et nono anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense september undecima indictione. ideo que nos iohannes et iaquintus filii grimoaldi et cicerus filius amati, qui sumus consobrini fratres, clarefacimus ante presentia petri iudici, quoniam ante os dies in contentione fuimus cum maio archidiacono et abbate ecclesie sancti maximi situs intus anc salernitanam cibitatem, ille pro pars ipsius ecclesie et nos vice nostra, et benedictus et iohannes filii iohanni vice sua et

vice odelfrit germani sui, et vice balsami clerici et de uxore illius, et vice iohannis filii ursi et vice de uxore eius, ad faciendum cum illut finem de rebus illa de locum airole ubi dicitur meiana, finibus mitilianense; et sicut inter nos et ipsum abbatem complacuit, dibidimus rebus ipsa in due partis et termini inter ipse sortis fiximus. et nos cum ipsi alii compreensimus ipsa sortione da ipsi termiti in pars meridie per ec finis et mensurie: ab oriente fine bia pubblica, indeque passi nobem et cubito unum: a pars meridie fine, sicut medio limite discernit usque medio alio limite qui est a subter parte, passi centum duo, et per ipso limite subtano passi biginti octo et cubita dua et planta una: a pars septemtrionis fine ipsa alia sorte, sicut ipsi termini discernunt, et inde usque ipsa bia passi centum duo, et in medium per trabersum latitudo passi sidecim ad iusto passum. et ipse abbas compreensit ipso aliut cum puteum qui ibi est : tantum da ipsa nostra sortione pergeremus per ipsa sortione predicti abbatis usque ad ipso puteum per uno loco cum animalia legata in zoca et cum organea in umero, et de ipso puteum aqua aurire, et ipsa animalia ibidem aquare iusta ratione, et de ipsa aqua portare, et cum ipsa animalia regredere usque ad ipsa nostra sortione iusta ratione. et inspirabit dei omnipotentis misericordia nobis supradicto iohanni et iaquintus et ciceri, ut pro nostre salutis anime offerire in iamdicta ecclesia sancti maximi inclite ipse sortionis nostre iohanni, et iaquinti et ciceri de supradicta rebus, quod diximus, ebenit in sorte nobis et ad ipsi alii da supradicto abbate, et ipse vice nostra de ipso puteum et de ipsa bia ibidem ingrediendum. et ideo nos iamdicti iohannes, et iaquintu et ciceru, una nobiscum uxoribus nostris, nomina illarum gemma, sireka et daufa, unanimiter parique consensum nos biri et uxorex pro amore omnipotenti deo et salutis anime nostre et de ipsi genitoribus nostris et pro anima de genetricibus nostre per anc cartulam offeruimus in predicta ecclesia sancti maximi inclite supradicte nostre sortionis, que nobis iamdicti biri et uxori fuit pertinentes de supradicta rebus per supradicta mensuria cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de bia sua et cum bice et pertinentiam nostra de ipso puteum et cum pertinentiam nostra ad ibidem ingrediendum, totum funditus in iamdicta ecclesia sancti maxini offeruimus ad securiter et firmiter amodo et semper in ipsa ecclesia permanendum, et ipse abbas eiusque successores abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod boluerit; et obligabimus nos supradicti biri et uxorex et nostris eredibus amodo et semper antistandum et defensandum ipsius abbati et ad eius successoribus et ad pars predicte ecclesie inclita supradicta nostra offertione da omnes homines omnique partibus. et si taliter illut non defensaberimus, vel si nos aut nostris eredibus per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde de potestatem ipsius ecclesie tollere aut contrare, et quodcumque causationes inde preposuerimus, componere obligabimus nos et nostris eredibus ad pars iamdicte ecclesie biginti auri solidos costantinos, et questio et causatio nostra sit exinde tacita et bacua, et supradicta

nostra offertione firma permaneat. et taliter scribere rogabimus te alfanus notarium. actum salerno.

† ego qui supra petrus iudex

† ego arechisi notarius me subscripsi

† ego ademari notarius me subscripsi.

DX.

A. D. 997.

Summarium :

† Quartodecimo anno principatus Iohannis et nono anno Guaimarii filii eius, mense Septem-
« bri undecima indictione.

« Pinninus clericus filius Mauri emit a Iohanne, Petro, Ragemprando, Maraldo, Mirando
« germanis filiis Angeli, et Disio, Alderiso et Petro germanis filiis Mauri medietatem domorum,
« quae sitae sunt in castro Capitis-aquarum.

Praetium emptionis sicut in textu : Recepimus a te iamdicto pinnino statutum pretium ,
« i sunt biginti qudtuor auri tari boni.

« *Finis textus :* Et taliter scribere rogabimus te stefanus archidiaconus et notarius intus ca-
« put aquis qui interfuisti.

Sequuntur firmae :

† ego landolfus me subscripsi

† ego ferrando me subscripsi

† ego iohannes.

DXI.

A. D. 997.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni et decimo [1]) anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense nobember undecima indictione. ideoque ego amatus presbiter et notarius filius iannelhisi clarefacio, quoniam mihi est pertinentes abere rebus et ecclesia sancti symeonis et casis in locum martorano stricturie finibus, et nunc autem congruum mihi est pro amore omnipotenti deo et salbationis anime mee optulimus deo in prefata ecclesia sancte marie pertinente supradicti magni principibus, ubi nunc dumnellus abbas preest. et ideo, sicut mihi congruum est, per hanc cartulam bona mea bolumtate optulimus deo et in prefata sancta ecclesia inclita sortione mea de ipsa ecclesia et rebus et casa, quantum ibidem adunatum abemus, totum in integrum, sicut diximus, de quantum modo, sicut diximus, nobis ibidem pertinet abere in predicta sancta ecclesia optulimus cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua cum omnibus pertinentiis ipsius ecclesiis, ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius ecclesie eiusque rectores eos abendum, dominandum, omnia inde faciendum quod boluerit, sine cuiuscumque contrarietate vel requisitione, scepto quartam maralde uxori mee de ipsa rebus et casis et mobilibus. de qua nos supradictus amatus presbiter et notarius obligamus nos et nostris heredibus amodo et semper antistandum et defensandum inctita supradicta nostra libatione, qualiter superius declaratum est, da illi hominibus et partibus qui pro nostra parte et datum vel obligatum paruerit, et quodcumque causationes exinde preposuerimus in pars ipsius ecclesie, ad compositionem siamus nos et nostris filiis et beredes ad componendum tibi nominato dumnelli abbati vel ad tuis successoribus vel in pars ipsius ecclesie triginta auri solidos constantini. de alii vero hominibus et partibus nullatenus nos exinde queratis autores et defensores, set per vos ipsi siatis vobis inde autores et defensores, cum quale monimen et ratione inde abere potueritis et cum ista carta offertionis, et omnia inde agere et facere, qualiter vultis; nam, quando nos vel nostris filiis et heredibus quesieritis inde autores et defensores, nos autem eos vobis vestrisque successoribus et in pars predicte ecclesie omnia adimpleamus, quantum suprascriptum est. unde de omnia suprascripta vobis et ad vestris successoribus et in pars predicte ecclesie adimplendum guadia tibi nominato

---

[1]) *Lege* : nono.

dumnelli abbati dedi et mediatorem tibi posui me ipsum. et taliter scribere rogabimus te iohanne notarium. actum stricturiis.

† ego dauferi iudex

† ego rocci

† ego leo.

DXII.

A. D. 997.

Summarium:

† Quintodecimo anno principatus Iohannis et nono anno Guaimarii filii eius, mense Novembri undecima Indictione.

« Donatio medietatis bonorum intus et extra Salernum in loco Capazana, quae iam Andreas « filius Mundi donaverat Petro Atrianensi filio Stephani, a iamdicto Petro facta Gemmae filiae « Andreae, a qua launegilt recepit *commisum unum.*

Finis textus : Et taliter scribere rogavimus te iohannes notarium. hactum salerno.

Haec una subscriptio testium superest : † ego petrus notarius me subscripsi.

DXIII.

A. D. 997.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni, et nono anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense december undecima indictione. Memoratorium factu a me machenolfus subdiaconus filius granati, eo quod in sacratissimo salernitano palatio ante suprascripta gloriosa potestate, et ibidem astante petrus iudex pro pars et vice ecclesie sancti maximi, una mecum esse romoaldus castaldus qui est unum de dominii ipsius ecclesie, coniunctus sum cum iaquintus filio mani abitatore de locum muntoru propter rebus predicte ecclesie que est in eodem loco muntoru, ubi campu faraone vocatur, unde iam ante os annos domnus maio archidiaconus et abbas predicte ecclesie cum ipsum iaquintus et iohannes germani eius exinde in contentiones fuit, et per combenientia illut eorum ad paste-

nandum arbustum et abellanietum ipse domnus abbas tradiderat per finis et mensurie pro pars predicte ecclesie. modo quidem, sicut diximus, cum ipse iaquintus sum coniunctus postulantes nobis, ut inclita ipsa sua sortione de predicta rebus, quod est medietate, qualiter illut at pastenandum compreensum abuit, remitterent at potestatem predicte ecclesie, ad avendum illut pars ipsius ecclesie et faciendum exinde omnia quod boluerit. et sua bolumtate per vona combenientia guadia michi ipse iaquintus dedit et se ipsum mediatorem posuit; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut non aliquando tempore per nullis modis querere de ipsa rebus tollere, aut laborare, aut in partibus ipsius ecclesie quodcumque causationes exinde emittere aut preponere. et si aliquit de ea, que superius legitur, quesierit removere aut contrare, seu si de ipsa rebus tollere aut laborare quesierit, vel si quodcumque causationes exinde preposuerit, per ipsa guadia componere obligavit se et suos heredes in partibus predicte ecclesie triginta auri solidos constantinos. et ego pro taliter per largietate et absolutione ipsius domni abbati pro pars ipsius ecclesie sublaxavimus ei omnes calumnie et obligationem, quod at partibus iamdicte ecclesie obligatus fuit facere per ipsum brebem quod de ipsa rebus ille pastenare et hoperare debuit, quod partibus ipsius ecclesie exinde firmatum abet. et unc brebem scribsi ego dauferius notarius.

† ego qui supra petrus iudex.

DXIV.

A. D. 997.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni et nono anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense december undecima indictione. Ideo ego mulier nomine guiselgarda uxor ursi, sicut comvenit mihi, et prandi, et iohanni, et balzami filii mei, et ipsius ursi qui fuit bir meus, ante leo iudex et ibidem esset alii subscripti testes, remisit et tradidit ego, una mecum adesset petrus presbiter adbocatorem meum, ad potestate ipsorum prandi et iohanni et balzami filii mei inclita quarta mea de omnis rebus stavile, et organea, et casis qui fuit ipsius viri mei, quod ego legibus tollere debeo per meum scriptum morgincab mihi emisso ab ipso ursu meus. Ideo inclita ipsa quarta intus civitatibus seu foras, qualiter mihi est pertinentes, tradidit et remisit ad ipsi filii mei in oc hordine, ut diebus vite mee inclita ipsa quarta ad mea reservo potestate ad frudiandum nomine, et de ipso frudium faciendum quod voluerimus; et post meum obitum inclita ipsa quarta, qualiter superius dixit, redead ad potestate de ipsi filii mei et de illorum ere-

des, faciendum quod voluerit. et obligo me que supra guiselgarda, ut si aliquit, de quod superius legitur, quesierimus remobere aut contrare, componere obligo me que supra guiselgarda ad ipsi filii mei et ad illorum eredes triginta auri solidos constantinos, et tacita inde maneamus. et ipsi filii mei guadia mihi dederunt, una mecum esset ipse petrus presbiter adbocatorem meum, et mediatorem mihi posuerunt lupenus filius quondam iohanni; et per ipsa guadia obligaverad se et suis eredibus, ut post meum obitum infra sebtem dies darent ipsi filii mei ad ille omo, cui per me dispositum fuerit, pro meis salutis anime nobem auri tari voni, ad distribuendum pro meis anime per ecclesia et sacerdotes et pauperes, et facerent mihi sebtima et trentuales et annuales de suorum causa per pauperes et sacerdotes, sicut illorum deus melius inspiraverit. et si ipsi filii mei post meam defunctionem et illorum eredes taliter ad ille omo, cui per me dispositum fuerit et cui scriptum iste in manum paruerit, pro mea parte non adimpleverit, componere obligaverunt se et suis eredibus ad ille omo cui scriptum iste in manum paruerit, decem auri solidos constantinos et, ut superius legitur, illis illut adimplere. et fecimus exinde dua scriptora per uno tinore, ut in aliis modis non siad transmotatu aut exemplatu: uno inde emisimus ad potestate de ipsi filii mei ad semper abendum, et ipso alio ad nos retinemus. et taliter scribere rogavimus te romoaldus notarius. actum nuceria.

† ego qui supra leo
† ego petrus
† ego romoaldo.

DXV.

A. D. 998.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni et nono anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense ianuarius undecima indictione. memoratorium factu a me grimoaldus filius quondam ciceri, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum aghenolfus germanus meus propter divisione, quod ante os annos inter nos fecimus, de una clusuria de terra cum arbustum de locum surnulo finibus rotense, et in ipsa clusuria est arbustum et abellanientum. unde ego brebem firmatum ostedit, qualiter ego et ipse maghenolfus inter nos dividimus ipsa clusuria de eodem loco surnulo per medium per finis, sicut ipse brebem continet; unde ipse maghenolfus compreensam abet media ipsa clusuria de ter-

ra cum arbustum ipsa sortione a pars orientis per finis, et michi tradiderad in sorte ipsa alia medietate, quod est terra cum arbustum et abellanietum in pars occidentis per fini usque caba, sicut ipsum brebem meum continet. et in ipso brebem continet, ut quale pars exinde perdiderit, absque colludio inter nos exinde restaurare hobligamus; et dum iannipertus qui fuit thio nostrum, in una pecia de ipsa mea sortione per lex adbincuit suam sortionem, quod est quintam partem, et ipse maghenolfus germanus meus me exinde restauravit de ipsa sua sortionem coniuntum erga me, sicut per partes per ipso brebem exinde hobligati fuimus, et sicut michi et illius cumplacui, ego paravi per firmam scriptionem ipsa sortione ipsius ianniperti, et postmodum ipse maghenolfus dedit michi duo auri auri boni pro media ipsa sortione ipsius ianniperti de ipsa pecia; et ego, postquam ipsi tari ab eum recepi, remisit ad potestate ipsius maghenolfi de ipsa terra cum arbustum, de quantum ille me restauravit usque termiti que inter fiximus, quando per ipsum brebem inter nos illut dividimus, ut per partes omni tempore inter nos et nostris heredibus illut abeamus inter nos divisum et possideamus, sicut ipse brebem continet qui scriptum est per petrus notarius roboratum per iohannes et gaiderisi, de ipsa pecia de terra cum arbustum et abellanitum ivique coniuntum, qui dicitur da ipso rubulietum, combenit michi et ipsius maghenolfi, ut iusta ratione ipse maghenolfus eos dividere per medium, et prius ego sorte inde compreendamus, et ipse maghenolfus postea compreendat exinde sua sortione, et sicut per partes illut comprehenserimus, inter nos illut tradamus cum omnia infra se abentes et cum bice de bie sue cum pena hobbligata, sicut consuetudo est, et sic omni tempore inter nos et nostris heredibus in ipsa dibisione permaneamus, sicut ipso brebem meum continet. unde in eo hordine de omnia suprascripta inter nos et nostris heredibus firmiter permanendum et aliquit inter nos exinde non remobendum, per bona combenientia guadiavimus inter nos et per partes inter nos, nos mediatorem posuimus iohannes consobrino fratem nostrum filium quondam maiolfi. et per ipsa guadia hobligavimus nos et filii et eredes nostras, ut si de cunta, que superius legitur, aliquit quesierimus remobere aut contrare et omnia per partes inter nos et nostris heredibus non adimpleverimus, sicut ipse brebem continet, per ipsa guadia hobligavimus inter nos et nostris filii et heredes per partes ad componendum illa pars qui eos remobere, ad illum, qui in omnia suprascripta firmiter permanserit, et ad eius heredes viginti auri solidos constantinos, et omni tempore inter nos et nostris heredibus suprascripta firme et stavilis permanead. et hunc brebem scripsi ego alderissi notarius qui interfui.

† ego macci

† ego iohannes clericus

† ego riso presbiter.

DXVI.

A. D. 998.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni et decimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense iunius undecima indictione. Ideo que ego mulier nomine theodenanda filia quondam leoni qui dicitur circulu, et modo sum uxore ursi filii iohanni atrianensi, una mecum adesse ipse ursu viro meus, clarefacio, quoniam a parte ipsius leoni genitori meo, et a parte de genetrice mea nobis est pertinentes habere rebus in locum fonti finibus salernitane; et congruum est nobis iamdicti vir et uxor tota et inclita supradicta rebus, qualiter, sicut diximus, ab ipsi genitor et genetrice nostra, et socerum et socera nostra, nobis est pertinentes habere in ipso locum fonti, illut venundaremus iohanni filio mauroni comiti amalfitano. et ideo nos iamdicti vir et uxor, sicut nobis congruum est, nostre voluntatis iusta legem et consuetudo nostre romanorum per largietatem et absolutionem supradicti domni principes, quem nobis dandum direxerunt per adenolfus comes et iudex, ante ipsum iudex per anc cartulam venumdedimus atque ad semper habendum confirmavimus tibi iamdicti iohanni tota et inclita supradicta rebus, que, sicut diximus, nobis est pertinentes habere in ipso locum fonti per tota fines et pertinentiam de ipso locum fonti, ubique exinde in ipso locum inventus dederit et nobis est pertinentes abere in montibus quam et in planis, unde nullam nobis vel cuiquam hominibus, aut in quavis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem; set totum et inclitum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis, cum viis et aquis, et cum monimen ex ipsa rebus pertinentem, qualiter, sicut diximus, ab ipsi genitor et genetrice, socrux et socera nostra, nobis est pertinentes habere, funditus illut tibi iamdicti iohanni venumdedimus: simulque et venumdedimus vobis bicem et pertinentiam quod habemus in ecclesia sancti felici, qui in ipso locum constructa est, ut omni tempore tu et tuos heredes in ipsa ecclesia bicem et pertinentiam habeatis, sicuti nos ibidem abere debuimus, et annualiter censum inde dare debeatis, sicuti nos inde dare et persolbere deveremus, ad securiter et firmiter amodo et semper tota et inclita supradicta nostra vindictionem una cum bice de bia qui pergit ad ipso platamone, tu nominatus iohannes quam et tuos heredes illut habendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni nostra vel de nostris heredibus contrarietate vel requisitionem. et pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra vindictionem a presentis recepimus a te iamdictus iohannes emtorem nostrum statutum

pretium, i sunt auri tari boni quadraginta, sicut inter nos combenit in omnis deliberationem. de qua nos supradicti vir et uxor obligamus nos et nostris heredibus amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique heredibus inclita supradicta nostra vindictionem da omnes homines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaberimus, et aliquit, de quomodo superius legitur, quesierimus remobere aut contrare, et quodcumque causationis vobis exinde preposuerimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra et de nostris heredibus adversus vos et vestris heredibus modis omnibus sit inde tacita et bacua, et duplo supradicto pretium componere obligamus nos et nostris heredibus tibi tuique heredibus, et quod aput vos fuerit remelioratum et factum edificium, sub estimationem pretii illut vobis restituamus; de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. preter, quando per vos ipsis volueritis inde esse autorem et defensorem, bice nostra licentiam et potestatem habeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum quale monimem et rationem inde habueritis; nam, quando nos inde quesieritis habere autorem et defensorem, nos autem et nostris heredibus illut vobis defensemus et omnia vobis adimpleamus per illo hordine et rationem, sicut superius legitur.

(*Desunt firmae notarii et testium*).

DXVII.

A. D. 998.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni et decimo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense iunius undecima indictione. ydeo que ego iaquintus filius iohanni, sicut mihi congruum est mea vona bolumtate, per hanc cartulam venumdedit tivi iohanni atrianensi filius quondam ursi inclita una pecia de terra mea cum insitetum et aliquantum bacuum in locum transvoneia finibus mitilianense per hec finis et mensurie: de una parte fine tua que iohanni, sunt inde passi triginta septem: de super parte, sicut terminatum est, sunt inde per latitudo passi decem et hocto: de alia parte fine sicut termiti discernunt, et inde sunt passi quadraginta: de pede sicut termiti ficti sunt, et inde passi tres, totum mensuratum ad iusto passum hominum. hec vero rex per supradicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia intro se aventibus et suis pertinentiis et cum vice de bia sua inclitum illut venumdedit tivi iamdicti iohanni, had securiter et firmiter ammodo et semper tu tuisque heredibus illut avendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum que bolueritis.

Unde pro confirmandam et staviliscendam supradicta nostra vindictione a presentis recipi a te exinde hocto auri tari voni in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. De qua per vona combenientia ego supradicto iaquintus guadia tivi iamdicti iohanni dedi et mediatorem tivi posui lando ballense filius quondam ciceri; het per ipsa guadia obligo me meosque filios et heredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique heredibus inclita supradicta nostra vindictione a pars uxori mee et da omnes homines omnique partibus. het si taliter illut vobis non defensaverimus, aut si ego vel meis filiis et eredes quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis tollere aut contrare, aut si quodcumque causationes inde vobis preposuerimus, componere obligo me qui supra iaquintus et meis filiis et heredes tivi tuique heredibus viginti auri solidos costantinos, et, sicut superius legitur, per invitis illut vobis defensemus. het, quando tu vel tuis heredibus de supradicta nostra vindictione per vos ipsis volueritis inde exet auctores, potestatem aveatis vice nostra in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum quale monimen et rationem que exinde abere potueritis; nam, quando nos inde auctores quesieritis abere, nos autem et nostris filiis et heredes semper defensemus et atdimpleamus tivi tuique heredibus omnia, quantum et quomodo superius legitur. het taliter scribere rogabimus te alderissi notarius. hactum salerno.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego ragemprandus me subscripsi.

DXVIII.

A. D. 998.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni, et decimo anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense iulius undecima indictione. memoratorium factu a nobis maio presbiter et maghenolfus clericus, eo quod ante presentia domni maioni archidiaconi et abbatis ecclesie sancti maximi et subscripti testes per bona combenientia tradidimus rigali filio quondam dumnandi et muscati filio quondam oliti de rebus predicte ecclesie de locum muntoru, ubi campu faraone dicitur, quod nos in beneficium tenemus da pars ipsius ecclesie per ec finis et mensuria. a pars orientis fine ipsius ecclesie quod ad pastenandum retinet iaquinto et grimo, sunt inde passi. . . . . . duo: a pars meridie fine ipsius ecclesie, sicut bia discernit, sunt inde passos septuaginta quattuor, et da inde abiente in pars meridie per fine de eredes alerisi et fine sancte marie et domnerade, sunt inde passos

centum duo : a pars occidentis fine bia, sunt inde passos triginta quadtuor : a pars septemtrionis fine ipsius ecclesie sancte marie , sunt inde passos sexaginta , et rebolbente in pars occidentis per eadem fine sunt passos decem et octo , et ab inde iterum rebolbente in pars septemtrionis erga fine ipsius ecclesie sancti maximi sunt inde passos triginta quadtuor usque priore fine, totum mensuratum ad iusto passum omini. de ec vero res infra supradicte finis et mensurie inclita medietatem in pars orientis erga illut, quod ad pastenandum retinet ipsi iaquinto et grimo, eorum tradidimus, et est ista terra pastenatum arbustum : in simul et tradidimus eorum inclita medietate de ipsa pecia de terra ibique coniunta, qui est pastenatum abellanietum et aliquantum bacuum qui est a pars meridie. hec supradicta medietas, sicut diximus, infra supradicte finis et mensurie totum et inclitum cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de bia sua per absolutionem ipsius domni maioni archidiaconi et abbati eorum tradidimus. unde pro taliter guadia nobis dederunt et mediatores nobis posuerunt se ipsis tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi licead illis et suis eredibus et omines, quem ibidem miserint, supradicta tradictione sue potestatis tenere et dominare, et fobeas et omnis sue utilitatis ibidem facere, et eos pastenare ubi meruerint, arbustum et abellanietum ; et quantum binum vel abellane annualiter amodo et semper inde tollere potuerint, faciant scire pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum et abellane secche dibiderent inter se in tertiam partem : missum predicte ecclesie tollad inde tertiam partem, et illis due sortis ; et amodo et semper illis et suis eredibus tota rebus ipsa temporibus suis laborare et cultare dc super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiad et non disperead, et pars ipsius ecclesie adsignarent ibidem eorum organea, ubi reponad ipsa sortionem de ipso binum, et illis organea ipsa, sicut meruerit, conciarent, et ipsa sortionem de ipso binum predicte ecclesie ibidem mitterent, et salbum illum facerent absque degeneratione et ingne et mures, dum illut inde tulerint pars predicte ecclesie. tantum, sicut diximus, de ipso binum et de ipse abellane, quem amodo et semper inde exierint, tertiam partem de ipse abellane secche et de predicto binum pars ipsius ecclesie tollad, et illis et suis eredibus aberent sibi due sortis, missum predicte ecclesie quem ibidem direxerint pro ipsa sua sortione, illis autem eum notrire secundum suam possibilitatem et eius fuerit mensura; et de quod in ipsa rebus annualiter semminaberint, deant inde in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi amodo ipsi decem anni illis et suis eredibus et omines quem ibidem miserint, in tota supradicta tradictione infra supradicte finis et mensurie abeant factum arbustum bitatum et abellanietum de super et de subter laboratum et cultatum, sicut de tantos annos meruerit et loci illius est consuetudo, et omni tempore illis et suis eredibus illut tenere in suprascripta ratione; et quale tempore da ipsi decim anni in antea rebus ipsa tenere et laborare non boluerint, tunc

inclitum illut remittere ad potestate ipsius ecclesie laboratum et clusum. et si forsitans illis et suis eredibus de ac terra salernitana exierint pro aliubi ad abitandum, tunc rebus ipsa perbeniant ad potestate predicte ecclesie; et si infra tribus anni ic ad abitandum rebersi fuerint et boluerint rebus ipsa tenere et laborare in suprascripto ordine , tunc inclitum illut ad illorum rebertas potestate, ad abendum et tenendum illut in supradicto ordine: tantum ipso annum, quod ic rebersi fuerint, licead pars ipsius ecclesie et omines quem ibidem miserint, de ipsa rebus tollere ipso frudium. quod si taliter omnia, ut superius legitur, illis et suis eredibus in pars ipisus ecclesie non adimpleberit et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia obligaberunt se suosque eredes ad componendum in pars ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. verumtamen et mediatorem posuerunt ferrandus abitante de illuc filio muntori; et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui. et oc recolimus, quia, de quantum binum de ipsa rebus exierit amodo et usque quinque anni, nullam sortionem exinde deant in pars ipsius ecclesie, et de ipso aliut sic fiad, sicut supra legitur, per supradicta guadia et obligata pena; et ego ademari notarius subiunsit. simulque et memoramus, quia de suprascripta rebus infra supradicte finis et mensurie de ipsa terra, qui est pastenatum arbustum, tradidimus eorum medietatem, et de ipsa terra cum abellanietum medietatem, ad abendum illut illis et suis eredibus in suprascripta ratione et salbum illum facere per supradicta guadia et obligata pena; et ego ademari notarius subiungit.

† ego petrus

† ego romoaldus notarius me subscripsi.

DXIX.

A. D. 998.

Summarium:

† Quintodecimo anno principatus Ioannis et decimo Guaimarii filii eius, mense Augusto « undecima indictione.

« Locatio terrarum in loco Tusciano per Guaiferium filium Guaiferii comitis facta Alpha« no filio Petri presbyteri et Balsamo filio Petri et Godelghiso filio Maraldi.

Verba traditionis haec sunt in textu=infra supradicte finis et mensurie tantum nobis exin« de tradidit, ut sufficiant nobis ad laborandum ad dua paria de bovi seminare: in simul et tra« didit nobis pro beneficium abendum de ipse alie terris ad dua modia de granum iusta ratione

« ividem seminandum, ut illos seminemus et nobis eos abeamus de quantum bictum inde « fecerimus etc.

Finis textus — Et hunc brebem scripsi ego alderissi notarius qui interfui.

Desunt subscriptiones testium.

DXX.

A. D. 998.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni et decimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense september duodecima indictione. Memoratorium factu a me feri filio quondam iohanni, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum ad bona combenientiam cum petrus filio quondam mauronti, propter ad dividendum inter nos terra cum binea de locum campilianu salernitane finibus, quod ego ante os annos eidem petri in partionis ad pastenandum tradidit per finis et mensurie, sicut ipsi brebi de ipsa pastenatione continet, et in eadem terra ipse petrus vinea et cannietum et salicetum fecit, et illut lavoravi et cultavi, sicut inde obligatus fuit; modo autem, ut diximus, propterea sumus coniunti rebus ipsa inter nos dividendum; et statim, sicut inter nos combenit, ipse petrus ipsa terra et vinea dividit, et fecit exinde due sortionis: una sorte fecit esse in parte orientis, et alia sorte fecit esse in parte occidentis. et, sicut inter nobis combenit, ego iamdictus feri compreensit ipsa sortione da parte orientis, coniunta cum alia rebus mea et a parte septemtrionis et a parte occidentis coniunta cum ipsa sortionem quod ipsius petri tradidimus, et a parte meridie fine flubio pecentino; et ipsius petri, sicut diximus, tradidimus ipsa sortionem da parte occidentis per hec finis et mensurie: a parte orientis fine meaque feri, et inde sunt passos triginta: a parte meridie fine ipsa sortione meaque feri, et inde sunt passi triginta duo minus pedes duo, sicut inter nos termini fiximus, et ab inde revolbente in parte meridie per termini que inter ambo ipse sortis fiximus, et coniungente usque ripa de ipso flubio pecentino, et inde sunt passi quadraginta tres et ab inde revolbente in parte occidentis, sicut ipso flubio decurrit, et inde circa ipso flubio passi quinquaginta sex, et ab inde revolbente et exiente in via, unde modo aqua decurrit, et inde passi decem et septem: a parte occidentis fine ipsa bia unde ipsa aqua decurrit, et inde sunt passos centum biginti octo, totum ad iusto passum homini mensuratum. per supradicte finis et mensurie totum et inclitum cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis et cum bice de ipsa bia illut ipsius petri, sicut diximus, in sorte

tradidimus, ad securiter et firmiter amodo et semper ipse petrus et eius heredes illut habendum et faciendum quod voluerint, et omni tempore nos et nostris heredibus illut eorum defensemus da omnes homines, sicut eius brebem continet; et ille pro taliter guadia mihi ipse petrus dedit et mediatorem mihi posuit iaquintus filius quondam petri; et per ipsa guadia obligavit se suoque filios et heredes, ut si aliquando tempore supradicta sua sortionem daturam aut vindituram habuerint, sicut de eorum potestatem esse substractum, non habere potestatem cuicumque illut dare per nulla rationem. preter mihi meique heredibus illut vindant ad iusto baliente pretium que iuste fuerit appretiatum, et faciant nos inde scire pro illut emendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex. et si infra ipsa constituta noluerimus illut emere et dare inde vobis iusto baliente pretium, tunc post ipsa constituta liceat vos illut dare cui volueritis; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut dederitis absque nostra licentiam sic, ut de vestra potestatem esse substractum, tunc sine pretium revertas ad nostram potestatem; et si pro ipsa sortione quod ego compreensit, per aliis locis legibus via ibidem habere non potuerimus, tunc ipse petrus et eius heredes per ipsa sortione sua circa ipso flubio pecentino dare nobis talem viam da ipsa sortionem nostram usque ad ipsa bia, unde ipsa aqua decurrit, unde iusta rationem cum nostre congruitatis inde ingredere et regredere possamus absque damnietate de ipsa rebus, et nos de ipsa sortione coniuntum cum ipsa sortione sua daremus et restauremus illis pro ipsa via iusta rationem. sic tamen, ut ipsa bia quod nobis dederit, omni tempore communiter illam habeamus pars partium nos et nostris heredibus, et illut quod, sicut diximus, pro restauratione pro ipsa via illorum dederimus, omni tempore illut eorum defensemus da omnes homines. quod si aliquit de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et taliter in suprascripta divisione firmiter non permanserit, et taliter omnia suprascripta nobis non adimpleverint, per ipsa guadia componere obligavit se suoque heredes mihi meique heredibus quinquaginta auri solidos costantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent et in suprascripta divisione firmiter permanere. et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† ego rotelgrimus

† ego imetancus

† ego iaquintus.

DXXI.

A. D. 999.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni et decimo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense september duodecima indictione. Memoratorium factu a me maio archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante presentia petri iudici per bona combenientia sue bolumtatis guadia mihi dederunt iohannes filius alperti, et iohannes filius bonizi, et leo grecus filius iohannis grecus, et andrea filius rachisi, et mediatores mihi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut amodo et usque unum annum conpletum tenerent illis suique eredibus de rebus quod pars iamdicte ecclesie abet in locum maiorani [1]), et est infra hec finis: de una parte quod est a pars occidentis fine bia publica, que discernit a fine rebus predicte ecclesie, et da pars orientis sicut discernit media serra, et de alie due partis fine rebus iamdicte ecclesie. infra supradicte finis amodo et usque completum unum annum illis suique eredibus exinde scampare de ipsa rebus quanta potuerit, et per temporibus suis illut conciare et seminare de quale semente meruerit, et ipsi labori studiare et per tempore illis recolligere, et faciant illis suique heredibus aira infra ipse finis, ubi alii omini abet aira qui de rebus iamdicte ecclesie laboraberit, et illis toti ipsi labori ibidem adunare et tritulare, et deant illis suique eredibus exinde terraticum ad pars iamdicte ecclesie secundum consuetudine de ipso locum. quod si taliter illis suisque eredibus ad pars iamdicte ecclesie non adinpleberit et aliquit, de quod super ius legitur, quesierint remobere aut contrare, aut si quodcumque causationes exinde preposuerit, tunc per bona combenientia per ipsa guadia componere obligaberunt se et suis eredibus ad pars iamdicte ecclesie decem auri solidos costantinos. et unc brebem scripsi ego alfanus notarius.

† ego qui supra petrus iudex.

---

[1]) *Maiorani*, locus apud Forinum in agro nucerino.

DXXII.

A. D. 998.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri iohanni, et decimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense octuber duodecima indictione. ante me petrus comes coniuncti sunt dauferi iudex pro pars et vice ecclesie sancte marie, quod superius domnus princeps a nobo fundamine construxit in rebus sua inter muro et muricino intus civitate salernitana, et dominicu filius gualperti et disiio filius adelmari cum nandi filius adelhisi, ad faciendum inter se finem de rebus correianu, et erbaru, et rosi, et aqua argenza stricturie finibus, unde ante os dies inter se guadiati sunt inde finem faciendum, sicut ipsa iudicata continunt. modo quidem super eadem rebus sunt coniuncti, et per ipsi dauferi iudex, et dominicu, et disiiu ducta est sancta evangelia, et ipse nandi paratus fuit cum tres senes, nomina eorum sparanu filius ciceri, et iohanne filius ursi monachi, et iohanne filius maioni et cum suis parentibus taliter illut firmare secundum lex, sicut inter se guadiati fuerunt; set, antequam illut per sacramentum finire, paulum infra se cogitantes et loquentes per colloquium bonorum hominum perbenerunt exinde ad bonam combenientiam, et ipse nandi manifestabit ipsorum da ipso limite in super in pars meridie et de alia pecia de terra cum vinea, que est a super casa guisenolfi filius maraldi per finis: de duabus partibus fine via: alia pars fine ribus: de super fine iohanni filius maioni, sicut sepe et tufu discernit, neque per testes, neque per monimen, nec per nulla quoque inbenta ratione exinde causare aut contendere non potere, quod, si aliquando tempore exinde causare aut contendere presumserit, triginta auri solidos constantinos componere eorum se obligabit, et tacitum aput eis omni tempore inde manere. et ipsi dauferi iudex pro pars predicte ecclesie et pro pars ipsorum et una cum ipsi dominicu et disiio, cuius pro pars adbocator est, manifestaberunt ipsius nandi da ipso limite in supter in pars septemtrionis, sicut ipso iudicatum continet, per finis: a pars occidentis fine ballone et coniungente in ribus qui dicitur salprandi, et saliente per ipso ribus usque a supradicto limite, et per ipso limite exiente in via que pergit ad ipsum monte, et inde trabersante a super ipsa vinea, et exiente rectum in unum ballone qui descendit in aqua argenza, et inde descendente in via antica, et per ipsa via descendente usque ubi modo guisenolfus filius maraldi residente est, et inde rebolbente per alia via et coniungente in via que pergit ad correianu, et per ipsa via coniungente et descendente in ribus quod est priore fine: infra ipse finis sceptuaberunt ipsa pecia de terra cum vinea; et neque per testes,

neque per monimen, nec per nulla quoque inbenta ratione exinde causare aut contendere non potere. quod si aliquando tempore exinde causare aut contendere presumserit, triginta auri solidos constantinos componere eis obligaberunt, et taciti omni tempore inde manere; et da ipso limite usque ad ipso pesclu, unde ipsa aqua exiit, omni tempore per partes inde aqua lebare et portare ubi boluerit; unde per partes inter se mediatorem posuerunt amatus filius sillicti. unum iudicatum continet, qualiter ipsum dumnellus presbiter et abbas cum ipso suo adbocatorem causaberat cum nandi filius adelhisi de suprascripta rebus de eodem locis, sicut ipsum iudicatum continet, et da unde ipsa aqua exiit, per partes eos portare, ubi boluerit toti suprascripti et suis heredibus. et taliter scribere fecimus te iohanne notarium qui interfuisti.

† ego qui supra petrus.

DXXIII.

A. D. 999.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri iohanni et decimo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius duadecima indictione, memoratorium factum a me dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie, qui constructa est intus hec salernitanam cibitatem in muro et muricino pertinentem supradictis mangni principibus, una mecum teudericus advocatorem meum, eo quod ante subscripti idoneis hominibus coniuntus sum cum disigio de iufuni filio almari, propter ad dibidendem inter nos de rebus quod cum illum commune abemus in ipso locum iufuni stricturie finibus, locis, ubi propio caliano, et correianu, et beterali, et pescatu, et castaniola. primitus quidem ipse disigio tradidit nobis pro parte ipsius ecclesie una pecia de terra in ipso locum beterali que est per ec finis: de una parte fine sicut terminatu est: de super capite fine bia et rectum exiente usque termiti et carbonario: alia parte quod est a meridie, fine medio ipso carbonaru et termiti inde ficti sunt et qualiter se coniungit ad ipsa priore fine sua; alia pecia de terra bacua ulter ribus pescatu per ec finis: de una parte fine ipso ribus pescatu: alia parte fine bia antica qui modo se non dant, qualiter coniungit ad ipso rebus, pescatu. de ambo ipse pecie de terra per supradicte finis inclita sua sortione exinde, quale legibus undecunque ibidem fuit vel est pertinentem ei abere, totum a funditus nobis pro parte ipsius ecclesie in sorte tradidit cum bice de bia sua et cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, ad faciendum exinde pars ipsius ecclesie eiusque rectores omnia quod boluerit, absque omni requisitione et contrarietatem ipsius

disigii et de eius eredes aut cuiquam ominibus. et ipsius disigii tradidimus in sorte una pecia de terra bacua cum quertietum et aliquanti salici in ipso locum calianu et correianu per ec finis et mensuria: de capite fine de eredes iohannis cunefrit, inde sunt passi sexaginta duo: alia parte fine sicut terminatum est, inde passi sexaginta: de pede fine sua, inde sunt passi septuaginta octo: alia igitur parte fine sicut terminatum est, inde passi quadraginta nobem; ad iusto passum omini inclitum illut ei in sorte tradidimus cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, ad faciendum inde quod boluerit. hec sortis inter nos fecimus et tradidimus, sicut supra dictum est. unde pro taliter guadia nobis ipse disiiu dedi et mediatorem nobi s posuit iaquintus filius rocci de ipso locum; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, remobere aut contrare quesierit et talia ad pars ipsius ecclesie non adimpleberit, per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes ad pars ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego petrus

† ego mascinu

† ego iohannes me subscripsi.

DXXIV.

A. D. 999.

† In nomine domini sextodecimo hanno principatus domni nostri iohanni et decimo anno domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense ianuarius duodecima indictione. ego mulier nomine iaquinta filia quondam erchemperti relicta cuidam iohanni filius radelgrimi qui ad ordinem monachilem perbenit, et ego religiosa beste sum induta, clarefacio, quoniam per firmam scriptionem remisi et confirmavi sesami et licti germani filii mei, quem in me procreati fuerunt per lictu priore viro meus filius quondam framperti, cunta omnis rebus mea stabile et mobile que nunc mihi pertinet abere et possidere per meum morgincap, quod est quartam partem de omnis rebus et facultatibus que fuit ipsius licti priori viri meus. quam et tradidit ad ipsi filii mei similiter quartam portionem meam de terra et casa, qualiter edificatam et conciatam abeo intus anc firmitate, et quartam meam portionem de rebus illa de locum bibanum, que mihi pertinuit per meum morgincap emissum mihi per ipso iohannes posteriorem viro meus; in tali rationem confirmabi ad ipsi filii mei ipsa quartam meam portionem de ipsa omnis rebus que fuit ipsius licti priori viri meus, ud ammodo et cunctis

omnibus diebus vite mee ipsi filii mei vel illorum eredibus communiter debeant laborare ipsa quartam meam portionem de omnis rebus cum arbustis vitatis, et illam studiare et cultare de super et de supter suis temporibus, ut bene pareat laboratum et cultatum, ut non dispereant; et omnem annum per bindemie tempore in communiter concient mihi organea da vinum quem nos abemus, et assignabimus eis cum omni sua paratura et spendium, ud recipiamus ipso vinum nostrum, et acto tempore debeant bindemiare ipsa vindemià et faciat nos scire at bigilandum ipso vinum; et de quantum vinum amodo et diebus vite mee nato fuerint de ipsa quartam meam portionem de omnis rebus qui fuit ipsius licti priori viri meus, totum et inclitum illut nobis et at missum nostrum assignare debeant ad palmentum, et cum omni suo spendium deportare illut nobis debeant in communiter usque domum nostram, ubi abitaberimus, et reponant illut in ipsa organea nostra que illi conciaberint, et faciamus nos de ipso vinum omnia que nobis placuerint, quam et omnem annum ad aream hana per singulos ipsi filii mei deant mihi dua quartaria de granum, et dua de germanu [1]), et unu quartariu de ligumina, quot fiant in simul quinque tertiaria. et dum congruum mihi fuerint abitare intus anc firmitatem diebus vite me, non querat ipsi filii mei vel illorum eredibus, aud quicumque omo pro illorum partibus, casa ipsa et cisterna, qualiter edificatam est, de nostra potestatem illut tollere aut contrare, set omni tempore liceat me ibidem residere et abitare cum causa mea et mee utilitati ibidem facere iusta ratione, et de ipsa cisterna omni tempore auriamus aqua at congruitati nostre: simulque et ipsi filii mei et illorum eredibus liceat una mecum in ipsa casa residere et abitare cum causa sua et de ipsa cisterna pro sue congruitati aurias aquas, et omnem annum deant nobis inclito terraticum de ipsa quartam meam portionem de ipsa rebus de locum bibanu. post meumque transitu inclita ipsa omnis rebus stabile et casis, seu organea da bictualio, et vinum, et omnem regimen que illis diebus abuerimus, ebeniant in potestatem de ipsi filii mei vel de illorum eredibus, per medium equaliter inter se illut dibidendum: tantum non querat ipsi filii mei tollere haut contrare mihi vel cui per me iudicatum et traditum fuerit, de causa mea mobilia quod fiunt pannos, et rame, et pretium, et bictualio, et vinu, et linu, et pingue, set largias vie pro meis salutis anime illut distribuere et iudicare cui boluerimus. unde pro taliter per bona combenientia ipsi filii mei unianimiter, una mecum adessent dauferi supdiaconus adbocatorem meum, guadia mihi dederunt et mediatorem mihi posuerunt guso supdiaconus filius boni; tali rationem per eadem guadia hobligaberunt se et suis filiis et eredes, ut si quomodocumque per qualecumque rationem contrare nobis quesierit ipsa casa et cisterna, et de quot diximus de ipsa mobilia, quod in meam reserbabi

[1]) *Germanu* — secale.

potestate, sicut diximus, que sunt ec capitola, panni, et rame, et pretium, et victualio, et vinum, et linu, et pingue et omnia, ut superius legitur, noluerit illut nobis adimplire in illo hordine, ut superius legitur, et per quavis rationibus, de omnia que prelegitur aliquit inde remobere aut retornare quesierit, tunc per eadem guadia obligaberunt se et suis filiis et eredes at componendum mihi, vel cui unc scriptum bice mea in manu paruerit, biginti auri solidos constantinos, et omnia, quomodo et qualiter superius legitur, per inbitis illut nobis adimpleant, et cuicumque de ipsa capitula iudacaberimus, firme stabilemque illut abeant omni tempore.

† ego petrus clericus et notarius interfui et unc scriptum scripsi

† ego qui supra leo

† ego maraldus notarius me subscripsi

† ego petru.

DXXV.

A. D. 999.

† In nomine domini domni basili divina gratia imperator augusto deo propitius quadragesimo primo [1] anno imperii eius, et cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense ianuarius duodecima indictione. Ideo que ego nandolfus filius iohannis, qui sum commorantes intus cibitatem lucerie, clarefacio me pertinentem habere ex predicto genitorem meum una pecia de terra vacua subtus montem presbiteri propinquo cives lucerie inter ipse vie publice; modo namque ipse terra pro meis magnis necessitatibus eadem terra michi bindere congruum est; et, dum obsecratus sum ab alferana filia petri uxor scilicet mea, ut ipsa sua quartam partem, que de ipsa terra perceptura erat, mecum ad communiter bindere querebas, Ego vero precem eius liventer audivit ac benigno animo suscepit, ut ipsa sua quartam partem mecum bendere fecit. quapropter, dum nobis utraque parte congruum esse videtur, bona etenim nostra volumptatem, coram presentia ottoni iudicem et nobiliores hominum qui hic subtus conscripti sunt, bendimus tibi mari patrinius noster ipsa terra incipiente primo per haec fines: De prima pars, quod est ab ipsa via publica et fine ipsa terra gaudentii, inde sunt ad iustum mensuratum passi centum quadraginta quinque: de secunda pars quod est a via publica, inde sunt per latitudo passi duodecim: a tertia nam-

[1] Iuxta chronologiam institutam ab A. de Meo habetur annus 43 Basilii a mense Augusto.

que pars, quod est a via publica, inde sunt passi centum tres: de quarta autem pars quod est a via publica, inde sunt usque im prioras fines passi octoginta quinque. Inter iste namque fines, que superius cernitur, de finem in finem, quantum infra claustrum est ipsa terra, unde nec nobis neque ad nostros heredes, verum etiam neque ad nullum quempiam hominem ibi aliquam portio reserbavimus requirendum; Set una cum mediis limitibus et cum via et andita sua, et cum inferius et superiusque suis, cum suis omnibus pertinentiis ipsa terra benundedimus tibi cui supradicto mari emtori nostro possidendum. Unde pro constabiliscendum hanc nostram benditionem recepimus a te qui supradicto emtorem nostrum sex miliarisi [1]) ex rame bona: finitum dicimus aput nos receptum habere ipsum predictum pretium, Ea ratione, ut amodo et semper eadem nostra benditionem in integram, velut prelegitur, abere et possidere valeatis, et faciatis quemammodum tibi tuique heredibus placuerit. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus ademari filium sadelfrit iudicis, ut omni tempore nos et nostros heredes defendamus tibi tuique heredibus ipsa terra infra ipse fines ab omnibus hominibus. quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quavis ingenium illut tornare et remobere quesierimus, ante omnia questio nostra inanis et vacua sint, et decem aurei solidos constantinos penam vobis vestrisque heredibus ego et meos heredes componere obligamus in ea guadia et per districtos mediatores, qui se tribuit vobis ad pignerandum per omnia sua pignera legitima et inlegitima, dum per invitis adimpleamus vobis iuxta huius textum cartule. quem te alarico clericum et notarium hanc cartulam nostre benditionis ascribere rogavimus qui et interfuit. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† ego qui supra otto iudice.

DXXVI.

A. D. 999.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filio domni guaimari gloriosi principis, mense . . . . . . duodecima indictione. Memoratorium factum a me domnus musandus venerabilis abbas monasterio sancte sofie qui situm est intus ec cives salerno, Eo quod ante subscripti testes per convenientia una cum petrus advocator ipsius

[1]) *Miliarisi*: hoc quidem saeculum XI circa cudi coepit moneta miliarensis in Sicilia, et Tuneti et Constantinopoli.

ecclesie tradidit ego ursi filio quondam ursi de nuceria de una pecia de terra . . . . .
. . . ipsa curte maiore ipsius monasterii in ipso locum nucerie . . . .
. . . . dicitur et est illut, unde ego qui supra abbas. . . . .
. . . . monasterii nostri a quondam guaiferii . . . . monasterii nostri construxit per as fines: ipsa supradicta pecia intus ipsa curte maiore a sebtemtrionis fine suprascripti nostri monasterii, quod retinet iohannes germano suo ac filio supradicti . . . . . ab ipso nostro monasterio, et inde sunt passi nonaginta duo; et ab orientis fine via pubplica, et inde abet per latitudo ipsa sortione sua passi triginta nobem; et a pars meridie similiter fine ipsius nostri monasterii, sicut inde sepe . . . .
. . . . . passi centum triginta sex, et a pars occidentis similiter fine ipsius nostri monasterii quod retinet leo ab ipso nostro monasterio, et est per latitudo ipsa sortione sua passi quadraginta et palmum unum et medium palmum. de ec vero supradicta pecia, quantum supradictum est, pertinet ipsius nostri monasterii ab intro supradicte finis et mensurie, sicut dictum est, illut ego qui supra abbas ipsius supradicti ursi tradidit, In oc ordinem, ut amodo et semper tota et inclita ipsa tradictio ad sua et de suis eredibus sit potestatis illut tenendum, et dominandi, et ibidem intus ipsa curte illut residendi et abitandi, et fovee et sue utilitatis iusta rationem ibidem faciendi, et tota supradicta tradictio, que est terra ipsa cum arbustis vitatis, per omnis annum abto tempore de super et de subtus illut lavorarent et operarent et cultarent vonum, Et ubi meruerit arbores et vites ibidem illis plantarent, et propaginarent, et studiarent, et surgerent illut, sicut meruerit vonum esse arbustum in ipso locum, ut per omnis annum perfectum pareat lavoratum et operatum et cultatum de super et de subtus tota ipsa tradictio, quatenus annualiter proficiat et non dispereat et salbum illut nobis faciant, sicut meruerit et iustum fuerit, et ubi meruerit cludere de ipsa curte illut cludant et semper illut clusum abeant. Et per omnis annum per vindemie per abto tempore faciant ipse urso et suis eredibus me qui supra abbas et successores meos scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et suis eredibus adiubarent ad conciandum organea da vinum, quod pars ipsius nostri monasterii abet ibidem ad cellario nostro in ipsa curte maiore, et conciarent et studiarent vonum, sicut meruerit organeum ipsum, ubi ipsa nostra medietate de ipso vinum, quod ab illum ad ipsum missum nostrum venerit, illut midtere debuerint et illut ordinarent ipso horganeum in ipso cellario, sicut meruerit. Et ille et suis eredibus per omnis annum bindemiarent tota ipsa tradictio, Et pomam si abuerit, illa illis colligant, et de omnis vinum et pomam exinde annualiter inclita medietate per omnis annum inde illis deant ad ipsum missum nostrum, et reliqua ipsa alia medietate inde illis sibi abeant, et ipsa medietate de ipso vinum predicti nostri monasterii, quod ad ipsum missum nostrum venerit, per omnis

annum cum suo expendio illut portarent ad ipsum cellarium ipsius nostri monasterii, et midtant illut in ipso horganeum quod illut conciaberint, ad faciendum exinde pars predicti nostri monasterii quod voluerimus. Et de quod amodo annualiter et semper in predicta tradictione illis seminaberint, deant inde illis terraticum ad ipso missum nostrum ibique in ipsa rebus secumdum consuetudinem de ipso locum. Et usquedum annualiter ipso missum nostrum pro ipsa vindemia ibidem steterit, illut nutrirent, sicut iustum fuerit secumdum suam possivilitatem, Et per omnis annum palmentatica ad ipso missum nostrum illis deant secumdum consuetudinem de ipso locum. unde in eo hordine per convenientia guadia mihi qui supra abbas ipse urso dedit, et mediatorem mihi posuit iaquintus filius naningni, qui est genero et affiliatus petri abitatorem de ipso locum turricle; Et per ipsa eadem guadia obligavit se et suis eredibus. preter, quale tempore ipsa tradictio in predicto ordine illis tenere et lavorare non voluerint, et sic inde ad pars predicti nostri monasterii illis adimplere, sicut supradictum est, tunc ille et suis eredibus tota et inclita ipsa tradictio in iamdicto ordine lavorata et operata et cultata, et ubi meruerit, clusa remidtant ad potestate predicti nostri monasterii, ad faciendum exinde quod voluerimus, Et liceat illis inde exire cum omnis sua causa movilia et cum redita quod ibidem abuerint. quod si aliquit, de quod superius legitur, quesierint remobere aud contrare, tunc per ipsa guadia componere obligavit se et suis eredibus michi qui supra abbati et ad successoribus meis viginti auri solidos constantinos. Et unc brebem scripsi ego petrus clericus et notarius qui interfui.

† ego iohannes notarius me subscripsi

† ego petrus notarius me subscripsi.

DXXVII.

A. D. 999.

† In nomine domini Undecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense octuber tertiadecima indictione. ideo que ego alfanus filius quondam petri de capazzana, sicut mihi congruum est, ante subscripti noviliores per hanc cartulam bona etenim mea bolumtate venumdedit tivi iohanni russi filio petri de rebus mea quod abeo in locum capazzana, ubi propio sabuculo bocatur finibus salernitana. infra finis illos tibi nominato iohanni russi venumdedit: de pede fine medio ribus qui dicitur sabuculo: de una parte fine tua que iohanni, quod paratum abeatis da iaquinto filio iohanni qui bocabad molle, et de super da ipsa fine tua rectum

aspiciente per medio cristone et per ipso cristone saliente et coniungente per media serra: de super fine media ipsa serra, qui discernit a fine de hominibus de copercle: alia igitur parte fine medio ballitellu, et per medio ipso ballitellu descendente et coniungente in ipso ribus quod est priore fines. infra ipse finis inclitum illut tivi nominato iohanni venumdedit cum omnia infra se abentes omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bia sua, ad securiter et firmiter amodo et semper tu nominatus iohannes et tuis heredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, illos abendum, poxidendum, dominandum, omnia exinde faciatis quod bolueritis. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra vindictio, nuc a presentis recepi a te nominatus iohannes emtorem nostrum auri tari boni biginti duo in omnes deliberationes, sicut inter nos combenit. finitoque pretium ipsum aput nos, es qua repromitto et bolumtarie mee guadia tivi dedit iamdicto iohanni; et per ipsa guadia hobligo me qui supra alfanus et meis filiis et heredes amodo et semper antistandum et defensandum tivi iamdicti iohanni russi et ad tuis heredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, tota ipsa res infra ipse finis, cum omnia infra se abentes et cum vice de bia sua a pars uxori mee et ab omnibus hominibus omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaverimus, vel si nos vel nostris heredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis tollere aut contrare, seu removere quesierimus et quodcumque causationes vobis inde emiserimus, primum omnium questio et causatio nostra et de meis filiis et heredibus sit exinde tacita et bacua; et per ipsa guadia hobligo me qui supra alfanus et meis filiis et heredes ad componendum tivi nominato iohanni russi et ad tuis heredibus, vel cui cartula ista in manum paruerit, triginta auri solidos costantinos et, sicut dictum est, per invitis illut vobis defensemus in suprascripta ratione. quando autem per bos bolueritis inde exe autores, potestatem et licentia abeatis vice nostra et de nostris heredibus in omnibus per bos ipsis exinde causare et finem facere, qualiter bolueritis, cum quale monimen et rationem exinde abere potueriti, et omnis legem et iustitiam exinde recipiatis et per bos ipsis siatis exinde auctores et defensores. nam, quando nos vel nostris heredibus quesieritis exinde auctores abere, ego autem et filiis et heredes meas antistemus et defensemus tivi tuique heredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, inclita ipsa rebus infra ipse finis per illo hordine, sicut superius legitur, per suprascripta guadia et hobligata pena; et de suprascripta guadia, quod tivi iamdicti iohanni in suprascripto hordine dedit, mediatorem tivi posui me ipsum, et amodo appono et hobligo vobis ad pingnerandum, si exinde ad pingnerationem beneritis, omnis rebus nostra stavile et movile, quod legitimo et inlegitimo est ad pingnerandum. et tali hordine te alderissi notarium scribere rogavimus. actum salerno.

† ego romoalt

† ego maio

† ego adelferi.

DXXVIII.

A. D. 999.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, mense nobember tertiadecima indictione. Ante superdicte gloriose potestatis, et ividem astantes adenolfus iudex, fuit paratus dumnellus abbas, bolendum recipere medietatem da cati filius romoaldi de guadia, quod ipsius datam abuit, ut malo ordine et sine ratione introisset intus curte et casa et ecclesia sua, quod abet in stricturiis ubi marturanu bocat, et inde tulisset pannos, et munimen, et ferrum, et siricum, et aurum, et argentum. et sic fuit paratus ipse abbas prima, secunda, tertia atque quarta dies cum quattuor fideiussores ad recipiendum medietatem ab ipso superius cati; set ille nec paratus fuit minime, nec mediatorem eis exinde posuit, set ipse abbas mediatorem ipsius posuit. et taliter scribere fecimus te alderissi notarium. actum salerno.

† ego qui supra adenolfus.

DXXIX.

A. D. 1000.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense februarius tertiadecima indictione. memoratorium factum a me iaquintus dictus, eo quod ante presentia domni maioni archidiaconi et abbatis ecclesia sancti maximi que constructa est intus anc salernitanam civitatem, et ibique esset subscripti testes, per demandatione ipsius domni maioni archidiaconi et abbatis, ad tenendum et pastenandum arbustum tradidit ego una pecia de terra bacua, quod pars ipsius ecclesie abet in locum nuceria ad turre mediana domnica, quod ego in veneficium teneo, et est propinquo ecclesia sancti marcelli per ec finis et mensurie : de capite a pars sebtemtrionis fine ipsius ecclesie sancti maximi, sunt inde passi octo: a pars orientis sunt longitudo passi triginta octo et medium : a meridie fine bia publica, sunt inde passi octo : a pars occidentis fine domnica, et coniungente se in ipsa priore fines sunt inde passi triginta sebtem, totum ad iusto passum omini mensuratum. ec vero res per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut ad pastenandum arbustum tradidit leoni presbiteri greco et theodosi similiter greco germani filii caloiuri presbiteri. unde pro taliter per deman-

dationem ipsius domni maioni guadia mihi ipsi leo et theodosi dederunt, et mediatorem mihi posuerunt romoaldus notarius filius petri; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus tali ordine, ut amodo et usque duodecim anni completi ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et ibidem residere et abitare, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facerent, et totum illut per ipse finis et mensurie et pastenare arbustum de vono vitineo seu pomis, et quantum vinum vel frugens et quicquit annualiter amodo et usque duodecim anni completi ibidem fecerint, totum sue sint postestatis faciendum quod voluerint, et nullam sortionem inde ad pars ipsius ecclesie deant. preter omne annum usque ipso constitutum deant mihi vel in pars ipsius ecclesie censum de ipsa terra unum pario de pulli voni. ad completi autem ipsi duodecim abeant illis et suis eredibus in tota ipsa terra per ipse finis et mensurie arbustum factum, lavoratum, et cultatum et surtum de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut vene paread factum; et in antea omni tempore, dum illis et suis eredibus illut teneret, lavorare voluerint, totum sue sint potestatis eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facerent, et totum ipso arbustum per ipse finis et mensurie eos lavorarent et cultarent de super et de supter, sicut meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et quantum vinum vel frugens et quicquit annualiter ibidem fecerint, similiter totum sue sint potestatis, faciendum inde omnia quod voluerint, et nullam sortionem de ipso frugium deant mihi vel ad pars ipsius ecclesie, set omne annum, dum illut tenuerint, deant mihi vel ad pars ipsius ecclesie ipso predictum censum; et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea rebus ipsa per ipse finis et mensurie tenere et lavorare non boluerint, inclita ipsa rebus lavorata et cultata et clusa remittant ad pars ipsius ecclesie potestate, et nullam sortione de ipsa rebus querant tollere vel abere, et licead illis inde disturbare ipso reditum que ibidem abuerit, et excoteret inde omnis sua causa movilia, et portaret illut ubi voluerit, sine contrarietate mea vel de pars ipsius ecclesie. quod si taliter omnia, ut superius legitur, mihi vel ad pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, tunc per ipsa guadia obligaverunt se ipsi germani et suis eredibus ad componendum mihi vel ad pars ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos. et ego superius dictus romoaldus notarius unc brebem scripsi.

† ego dauferi

† ego arechisi notarius me subscripsi

† ego dauferius notarius me subscripsi.

DXXX.

A. D. 1000.

Summarium »

† Undecimo anno principatus Guaimarii, mense Februario decima tertia Indictione. Haec « charta de eadem traditione agit, de qua antecedens; nam ipsi Leo et Theodosius declarant « recepisse agrum iisdem pactis, ut supra :

Haec sunt subscriptiones testium »

† ego qui supra iaquintus diaconus

† ego dauferi

† ego dauferius notarius me subscripsi

† ego arechisi notarius me subscripsi.

DXXXI.

A. D. 1000.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, mense martius tertiadecima indictione. Memoratorium factu a nobis grifo et sicho abitatores de locum mairano germani filii quondam falchoni, eo quod ante presentia domni grimoaldi gratia dei venerabilis archiepiscopi sancte sedis archiepiscopatui salernitano, et ibique ante eius vestigiis astaret subscripti idoneis hominibus pro pars et vice ipsius archiepiscopii, quam et per iussionem et largietatem ipsius domni archiepiscopi, ad tenendum et pastenandum tradidit nobis bucco clericus eius filius ciceri de terris bacibis et terris cum silbis, quod pars ipsius archiepiscopii habet in plagis de locum montena a super flumicellus qui arcella vocatur, quod ipse bucco in beneficium retinet a pars ipsius archiepiscopii infra hec finis et mensuriis: incipiente da bia qui modo se andad, qui pergit inter rebus ipsius archiepiscopii per pede de serra et rectum descendentem erga murice de petre maiori usque ipso flumicellus qui arcella dicitur, sunt exinde passos biginti duo, et per ipso flubio descendentem in pars meridie sunt passi centum octo, et ab ipsa pars meridie fine ipsius oepiscopii, da ipso flumicellus salientem usque in ipsa bia qui per pede de ipsa serra pergit, sunt exinde passi decem et octo, et erga ipsa bia salientem quod est da pars orientis, et coniungentem usque in ipso murice qui est in pars septemtrionis, quod est

priorem finem, sunt passi octoaginta octo, totum mensuratum ad iusto passum hominis. per iste finis et mensuriis inclitum illut nobis iamdictis germanis per iussionem ipsius domni archiepiscopi tradidit amodo et usque duodecim anni conpleti in tali hordine, ut amodo et usque ipso constitutum nos nostrisque heredibus et homines quod ibidem miserimus, totum et inclitum illut per ipse finis et mensuriis et extra ipse finis in pars meridie et da media ipsa serra in pars occidentis et descendente per media ipsa serra usque in ipsa aqua de ipsa arcella, quantum exinde laborare et pastenare potuerimus, totum eos ad nostram potestatem retineamus et dominemus, et licead nos et nostros heredes fobee et omnis nostre utilitatis ibidem facere iusta rationem, et totum illut per ipse finis et mensuriis, quantum est illut qui non est ripis et plescora maiori, et paruerit quod pastenare possatur, et extra ipse finis et mensuriis, sicut diximus, quantum potuerit in ipsa pars meridie et da media ipsa serra in parte occidentis et descendentem per media ipsa serra in pars meridie usque in aqua de ipsa arcella pastenemus illut vinea de bono bitineo, seu cannietum et salicetum et pomis, et quicquit vinum et fruges inde exierit amodo et usque ipso constitutum, totum illut nobis habeamus, et pars ipsius episcopii nullam exinde nobis tollere querad. ad conpleti autem ipsi duodecim anni plicaret se ipse bucco vel pars ipsius archiepiscopii, et nos notrisque heredibus, vel homines qui ibidem miserimus, habeamus in tota ipsa traditionem per iamdicte finis et mensuriis, quantum est illut qui non sunt ripis et plescora et pastenari potest, et quantum extra ipse finis pastenare potuerimus, habeamus ibidem vinea facta, lebata, et hoperata et cultata, seu si cannietum et salicetum et pomis, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit ut bene paread laboratum et cultatum, et nos totum illut dividamus per medietatem, et pars ipsius episcopii conprehendad exinde prius medietatem in quale parte voluerit, et nobis nostrisque heredibus, vel ad homines quod ibi miserimus, et ad eius heredes, traderent ipsa reliqua medietate cum bice de bia ipsa sua, per talem securitatem bonam factam, ut omni tempore nos nostrisque heredibus securiter illut habere possamus, defensatum semper nobis per ipsum dominus archiepiscopus et per suos successores et pars ipsius archiepiscopii da omnis homines omnique partibus. reditum vero et palmentum, si ibidem habuerit, si ebenerit in ipsa sortionem illorum, habead illut sibi; et si benerit in ipsa sortionem illorum, licead nos illut exinde disturbare et excutere et portare ubi voluerimus, absque contrarietatem de partibus ipsius archiepiscopii. tantum, si aliquando ipsa nostra sortionem daturam aut vindituram habuerimus, non potestatem cuicumque illut dare aut alienare nisi ad pars ipsius archiepiscopii illut vindamus ad iusto pretium que fuerit iuste appretiatum, faciendum nos illis inde scire per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si infra ipsa constituta noluerit pars ipsius archiepiscopii illut emere et dare inde nobis iusto valiente pretium, post ipsa constituta licead nos nostrisque heredibus eos dare cui voluerimus. nam, si ante ipsa constituta si cuicumque illut

dederimus sine illorum solutionem, sic ut de nostra potestatem esset substractum, sine pretium rebertad ad potestatem ipsius archiepiscopii. unde in eo hordine per iussionem et largietatem ipsius domni archiepiscopi guadia nobis ipse bucco dedit et mediatorem nobis posuit mascino filium quondam risi; et per eadem guadia obbligabit se ipse domnus archiepiscopus et suis successoribus et pars ipsius archiepiscopii amodo et usque ipso constitutum antistare et defensare nobis nostrisque heredibus tota et inclita supradicta traditionem per iamdicte finis et mensuriis et extra ipse finis, cum bice de bia sua da omnis homines omnique partibus, et non antea querad eos nobis tollere aut contrare. et si taliter illut nobis non defensaberit et aliquit, de quomodo superius legitur, remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia componere obligabit se ipse domnus archiepiscopus et suis successoribus et partibus sui archiepiscopii nobis nostrisque heredibus, vel ad homines quod ibi miserimus, et ad eius heredes, quinquaginta auri solidos constantinos. et unc brebem scripsi ego mirandus notarius qui interfui.

† ego sassus clericus

† ego petrus diaconus

† ego qui supra bucco clericus

† ego theodericus me subscripsi

† ego Iaquintus notarius

† ego mirandus notarius me subscripsi.

DXXXII.

A. D. 1000.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius tertiadecima indictione. Memoratorium factu a me petrus filio quondam petri atrianense, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum ursu, et leo, et lupenus atrianensi thii mei germani filii lupeni, una mecum adesse leo atrianense tutorem meum, propter ad dividendum inter nos rebus nostra qui sunt terris et vineis, que comune habemus in locu beteri salernitane finibus; et statim, sicut inter nobis combenit, ipse leo dividit una clusuria de terra cum vinea et pomis de iamdicto locum beteri, et fecit exinde tres sortis : una sorte fecit esse in parte orientis, et alia ibidem sequenter, et alia fecit esse in partibus occidentis, et alia sorte fecit esse terra cum binea qui est illa parte via puplica et a supra flubio boneia. unde ipse lupenus compreensit

ipsa sortione da parte orientis per hec finis et mensurie; da septemtrionis fine sicut limite et media sepe discernit, inde passi decem; a parte orientis sicut sepe et limite et pariete fabrito discernit, inde passi triginta; et ab inde revolbente in parte meridie sicut et inde limite et sepe discernit inde passi quinquaginta sex; a meridie fine sicut ripa discernit, sunt inde passi biginti quinque; a parte occidentis fine sortione, quod ego nominatus petrus compreensit sicut...... discernit, et inde passi nonaginta: simulque et compreensit lupenus alia pecia . . . . qui est illa parte ipsa sortione mea in partibus occidentis per hec finis et mensurie. . . . . a subtus ipsa sortione mea, sicut ripa discernit, inde passi octo; de alia parte similiter . . . . . . revolbente in parte orientis passi quadtuor, et ab inde per eadem fine mea revolbente in parte . . . . passi decem et medium: de capu fine sortione quod ipse leo compreensit, inde passi quadtuor minus cubito . . . ab occidente fine ipsius leoni, inde passi triginta unum, et ab inde revolbente in parte meridie, sicut limite et media sepe discernit passi octo, et ab inde revolbente passi nobem et cubito unum, et hab inde revolbente in parte meridie, sicut pariete fabrito antiquo discernit, inde passi triginta duo; et ego nominatus petrus compreensit ipsa sortione mediana per hec finis et mensuria: a septemtrionis fine sicut limite et media sepe discernit, inde passi decem: ab oriente fine ipsius lupeni, inde passi nonaginta: a meridie fine sicut ripa discernit, inde passi triginta nobem: ab occidente fine ipsius lupeni, inde passi triginta sex, et ab inde revolbente in parte orientis passi quadtuor, et ab inde revolbente in parte septemtrionis per fine ipsius lupeni et fine ipsius leoni passi septuaginta quinque. Et ipse leo compreensit ipsa sortione da parte occidentis per hec finis et mensurie: de subto fine de heredes marini iudici, sicut limite et media sepe discernit, inde passi biginti nobem: ab occidente fine de ipsa heredes marini iudici, sicut et inde media sepe discernit, inde passi triginta quinque, et ab inde revolbente in parte orientis passi sedecim et cubito uno, et ab inde revolbente in supra in parte septemtrionis passi quadraginta nobem: de super passi octo minus cubito uno et medio: ab oriente fine mea que petri, et pergente per fine ipsius lupeni per tota ista fine, qualiter aliquantum revolbit per limite, passi quadraginta octo et medium. de iste tribus sortionibus infra supradicte finis et mensurie sceptuavimus via que. . . . . andandum, sicut usque modo via ipsa andavimus, sic et in antea omni tempore inter nos et nostris heredibus ipsa via habeamus et casa fabrita que est in ipsa sortione mea, cum palmento fabrita qui ibi est, ipse lupenus haberent ipsa casa medietate in partibus orientis cum bice de via sua, et medietate ipsa casa in partibus occidentis haberent ego, et ipso palmentum communiter haberemus ego cum ipse lupenus, et pro ipsa medietate casa et palmentum quod ipsius lupeni inde evenit per mensuria, aliut tantum de terra cum vinea de sortione ipsius lupeni haberent ego et meos heredes. et ipse

ursu compreensit ipsa terra cum vinea illa parte ipsa via per hec finis et mensurie: ab oriente fine ipsa via puplica, qualiter revolbit ipsa via, sunt inde passi octuaginta duo, et hab inde pergente per via commune que reservaberunt habendum ad ipso flubio, inde passi quadraginta sex: de subto fine nostra commune, inde passi quinquaginta octo: de alia parte fine sicut vallone discernit, inde passi quinquaginta quadtuor. tota supradicta mensuria mensurata fuit ad passum qui signatum est in columna marmorea de archiepiscopio salernitano. istut per iste finis et mensurie cum casa et palmenta fabrita, que ibi est, ipse iamdictus ursu compreensit: tantum pro ipsa casa et palmenta refudit et dedit ipse ursu ipsius leoni quindecim solidos de tari, ad faciendum inde quod voluerit. simulque et ego iamdictus petrus, et ipse lupenus et leo compreensimus inclito cannietum qui est in iscla coniuntum ad ipso flubio, ut, sicuti ipsa terra et cannietum nobis est pertinentes habere per mensuria de latitudo passi (*deest numerus*) et de longitudo passi (*similiter deest*), sic nos illut compreensimus, tantum ipsa via ad ipso flubio omni tempore communiter esse ad inde ingrediendum et regrediendum ad ipso flubio, ad aqua de ipso flubio auriendum et pars partium nostre utilitatis ibidem faciendum; et qualiter, sicut diximus, sortis ipse compreensimus, sic pars partium illut inter nos tradidimus, cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis et cum bice de ipse vie, ad securiter et firmiter amodo et semper nos et nostris heredibus eos habendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum pars partium de sua sorte quod voluerimus, et per nulla ratione queramus nos vel nostris heredibus pars partium sortis ipse, qualiter supra dictum est, remobere aut contrare. preter, si per legem exinde perdiderimus, absque colludio unus alterum inter nos et nostris heredibus exinde restauremus iusta ratione, et, sicut inter nobis combenit, ipse ursu dedit ipsius leoni duo solidos de tari, et complevit ei solidos decem et septem, et ipsius lupeni dedi duo solidos de tari, et mihi alii duo solidos de tari. et nos pro . . . per combenientia tradidimus ei inclite sortionis nostre, quod habuimus in terra cum silba que est a subtus ipsa vinea, quod ille compreensit, ut da ipsa vinea sua usque ipso flubio, et da ipsa via commune, quod, sicut diximus, reservabimus ad ipso flubio, et usque ipso vallone quod est in partibus septemtrionis, de quantum infra ipse finis nobis est pertinentes habere, scepto ipso cannietum quod nos compreensimus, sicut supra diximus, de illo aliut, sicut diximus, sortionis nostre exinde ei tradidimus, ad securiter ille et eius heredes illut habendum, et faciendum inde omnia quod voluerit, absque nostra vel de nostris heredibus contrarietate vel requisitione. et, ut hec omnia suprascripta omni tempore firmiter permanendum, guadia mihi ipsi thii mei dederunt et mediatorem mihi posuerunt constantinus atrianense filium iohannis; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus, quod si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et taliter in suprascripta firmiter non permanserint,

per ipsa guadia componere obligaverunt se et suis heredibus mihi meique heredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent, et in suprascripta omni tempore firmiter permanere. verumtamen casa fabrita qui est in ipsa sortione, quod ipse leo compreensit, ipse ursu . . . . cum ipse leo fabricavit, ipse ursu medietatem et ipse leo medietatem, faciendum ipse leo et eius heredes omnia quod voluerint . . . . sortione ipsius lupeni: de una parte fine meaque petri, inde passi quadraginta sex et ab inde revolbente a parte orientis ipsi passi quadtuor, sicut supra dictum est. et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† ego ragemprandus me subscripsi

† ego iohannes notarius me subscripsi.

DXXXIII.

A. D. 1000.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense aprelis, tertiadecima indictione. Ideoque ego liosprandus filius quondam iannelgari , sicut mihi congruum est, ante presentia adenolfi comiti et iudici per anc cartulam commutationis ordine tradidimus tibi dumnelli presbiteri et abbati pro pars ecclesie sancte marie, que edificata est intus anc salernitanam cibitatem, quem domnus iohannes princeps et domna sichelgaita principissa uxor eius a nobo fundamine construxerunt, et modo ecclesia ipsa pertinentem est supradicto domno guaimari principi et iohanni comiti fratri eius, due pecie de terra mea cum binea et bacuum uno teniente quod abeo in locum propiciano [1]), ubi proprio casanae dicitur. una ex ipse pecie per ec finis et mensurie: a partibus occidentis fine mea, quod iterum in ipsa ecclesia confirmo, inde passi sexaginta duo: a pars meridie fine de eredes genci, inde passi triginta duo et medium passum, et de uno latere fine bia hantica, inde passi quadraginta duo : de alia parte fine landolfi, et inde passi quinquaginta octo. per iamdicte finis et mensurie inclitum illut in ipsa ecclesia tradidimus: simulque et tradidimus ei tertiam partem de ipsa alia pecia per ec finis et mensurie: a partibus orientis fine sicut termiti et aliquantum limite discernit, inde passi triginta sex: a pars septemtrionis fine sicut inde termiti et limite discernit, inde passi triginta sex: a pars septemtrionis fine sicut inde termiti et limite discernit, inde passi quinqua-

[1]) *Propiciano*, locus extra Salernum apud flumen *Rinecclum*.

ginta, et abinde rebolbente ab ipsa fine in super et saliente et coniungente in bia publica indeque passi quadraginta sex: a pars occidentis fine ipsa bia, inde passi centum duo: a pars meridie fine supradicta alia pecia, sicut limite et media sepe discernit, inde passi septuaginta sex: tota supradicta mensuria ad iusto passsum. de iste pecia, scut diximus, inclita tertiam pars in partibus ipsius ecclesie tradidimus. hec supradicta rebus, sicut diximus, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de bia sua illut in partibus ipsius ecclesie tradidimus, ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius ecclesie sancte marie eiusque rectores illut abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod boluerit, absque cuiuslibet contrarietate vel requisitione. Et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostram bicariationem, a presentis per alia cartula que aput nos scripta retinemus, recepit a te supradicto abbate de rebus vestre ecclesie tribus pecie de terra bacua de eodem loco propiciano; una pecia ista parte flubio rinecclu, ubi cinianu dicitur, per ec finis et mensurie: da pars orientis passi biginti quinque, et da pars occidentis passi biginti, et in medium per latitudo passi biginti quinque et cubita dua, et per longitudo passi nonaginta duo; et alia pecia illa pars ipso flubio ubi palomba dicitur, per ec finis et mensurie: a partibus occidentis fine ipso flubio rinecclu, et est per mensuria per cilium de ripa de ipso flubio passi centum biginti quadtuor: a meridie fine ribus, qui dicitur palomba, inde passi triginta duo: ab oriente sicut termiti discernit, inde passi sedecim usque in unua[1]) rebolbenta, et da completi ipsi sedecim passi rebolbente quasi in partibus septemtrionis passi septuaginta septem: a pars septemtrionis fine sicut termiti ficti sunt, et coniungente in ipsa ripa priore fine inde passi quadraginta sex; et ipsa alia pecia per ec finis et mensurie: a pars orientis fine mea, sicut termiti ficti sunt, inde passi biginti sex: a pars septemtrionis sicut termiti ficti sunt, passi quadraginta: a pars occidentis fine ora de ipso flubio, et sunt per ipsa ripa passi decem: a meridie fine sicut termiti sunt, inde passi quadraginta octo ad iusto passum, sicut inter nobis combenit. de qua ego supradictus liosprandus per bona combenientia guadia tibi iamdicto dumnelli abbati dedi et mediatorem tibi posuit dauferi filium petri; et per ipsa guadia per bona combenientia obligo me et meis eredibus amodo et semper antistandum et defensandum in partibus ipsius ecclesie sancte marie inclita supradicta nostra bicariatione da omnes omines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut in partibus ipsius ecclesie non defensaberimus et aliquit, de quomodo superius legitur, quesierimus remobere aut contrare, et quodcumque causationis in partibus ipsius ecclesie exinde preposuerimus, per bona combenientia obligo me et meos eredes componere in partibus ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. et, quando pars ipsius ecclesie sancte marie voluerit inde per se esse auctorem, bice nostra licentiam et potestatem abeant in omnibus

[1]) Quid per *unua*? Nequit intelligi.

inde causare et finem facere, qualiter voluerit, cum quale monimen et rationem inde abuerit. Et taliter scribere rogabimus te iohannes notarium. actum salerno.

† ego qui supra adenolfus

† ego Iaquintus notarius me subscripsi

† ego qui supra ursu.

DXXXIV.

A. D. 1000.

Summarium :

† Duodecimo anno principatus Guaimarii, mense Maio tertiadecima indictione etc:

« Donatio terrarum cum castanetis, quercetis et sylvis in locis Priato, Draconea, monte Fa-
« lertio et Albola, ac duorum molendinorum in Vetero Cavae, finibus designatis, facta mo-
« nasterio sancti Nicolai de Gallocanta per Aloaram comitissam filiam Madelfrit comitis, uxo-
« rem Landoarii comitis, et per Guaiferium comitem filium eius una cum quatuor chartulis,
« alias *scriptionibus* vel *memoratoriis*.

Ita textus . . . . . et cum fuit relecta tota supradicta monimina, congruum est nobis supradicta mater et filio inclita ipsa rebus, de quantum fuit pertinentes supradicto landoari comiti per supradicta monimina vel per alia ratione, pro nostre salutis anime offerire in ecclesia vocabulum sancti nicolai, qui edificata est a super mare locum, ubi dicitur ad gallucanta, in quo (*deest nomen*) abbas preest, que est ecclesia ipsa pertinentem adelberti comiti qui est congnato et thio nostro filio ipsius landoari comitis; et dum ego supradictus guaiferio a magna egritudo sum depreensum et infra etate me cognosco et in lege nostre langobardorum continet, ut, si cuicumque ante decem et octo annos eveniat egritudo et se viderit ad mortis periculum tendere, potestatem aberet de rebus suis pro anime sue in sanctis locis causa pietatis vel in sinodochio iudicare quod voluerit, et quod iudicaverid rebus suam, stavilem permanere; pro ideo nos supradicti mater et filio, tamen ego nominata mulier per consensum et bolumtate istius filii mei, in cuius mundium me subiacere palam facio, et . . . unianimiter parique consensum per anc cartulam ante subscribti idoneis hominibus ego iamdictus guaiferio pro anima mea et ego iamdicta aloara pro anima mea et pro anima iamdicti landoarii qui fuit vir meus, optulimus deo et in prefatam ecclesiam sancti nicolai inclita ipsa rebus nostra de iamdictis locis priatu de monte falerzu, de locum albole et de locum veteri etc:

Finis textus: et taliter scribere rogavimus te dauferius notarium. actum salerno,
† ego rodelghisi
† ego audelassi.

DXXXV.

A. D. 1000.

modo de plaga aut ferita, qui post acceptam compositionem revindicare temptaverit, in duplum quod accepit, restituat, excepto si hominem occiderit, componat ut supra.

DE MAGISTRO.

CXLIIII. Si magister commacinus cum collegante suo, cuiuscumque domum ad restaurandum vel fabricandum susceperit, super se placito vel finito de mercede, et contingerit aliquem per ipsam domum[1]), materio elapso, aut lapide, mori, non requiratur a domino cuius domus fuerit, nisi magister commacinus cum collega suo, ipsum homicidium aut damnum componat, quia postquam in fabula firma mercede pro suo lucro suscepit, non inmerito damnum sustineat[2]).

CXLV. Si quis magistro commacinos, unum aut plures rogaverit, aut conduxerit, ad opera dictanda, aut solacium diurnum prestandum inter servos suos, domum aut casam faciendam; et contigerit per ipsam casam aliquem ex ipsis commacinis mori, non requiratur abso[3]) cuius casa est; nam si cadens arbor aut lapis ex ipsa fabrica occiderit aliquaem extraneum aut quodlibet damnum fecerit, non reputetur culpa magistri, sed ille qui conduxit, ipse damnum sustineat.

ITEM DE FOCO.

CXLVI. Si quis casam alienam asto animo quod est voluntarie incenderit, in triplum eam quod est tertia sub estimatione praetii cum omni intrinsecus, idest quicquid intus crematum fuerit, quod vicini bone fidaei homines appraetiaberint, restauret. Et si aliqua de intrinsecus domi

---

1) Id. ib. pag. 165 **aliquem per ipsam domum**, come ha il Cod. Cav.; il Vesme però N. C. n. c. **aliquem pro ipsam domum.**

2) Id. ib. **suspineat** e poi in parentesi **sustineat**, correzione onde potea fare ammeno, perchè nel nostro Codice è scritto **sustineat** non **suspineat**. Dalla lunga Nota 77) che fa il Troya alle prime parole di questa legge **Si Magister Commacinus** desumiamo il passo del Muratori, che quì ci piace di riportare. « *Nostris quoque temporibus ex Insubrum montibus et praecipue ex lacubus Verrano et Lario, in reliquas Italiae partes non pauci commigrant fabri murarii. Comenses majorem ejusmodi artificum copiam suppeditabant..... atque hinc* **Magistri Comacini** *appellati fabri camentarii, qui et adhuc* **Magistri** *titulum, sive* **Mastro** *apud nos retinent.* » Il sig. di Vesme N. C. n. c. fa avvertire che il Cod. di Vercelli scrive con una sola *m* la parola **Commacinus**, tutti gli altri Codici con due; » *vocem* **comacinus** *et derivatas codex* Verc. *ubique per unum m scribit; codd. rell. minus recte litteram geminant.* »

3) Il Troya dopo questa voce erronea del nostro Codice scrive in parentesi come si deve leggere, cioè, **ab eo**: **abso** (*ab eo*): op. cit. pag. 170.

orta fuerit intentio, tunc ille qui damnum pertulit, iuratus dicat, quantum in eadem casa damnum pertulit, aut perdidit, et omnia ut dictum est, in triplum ei restituantur ab illo qui voluntariae hoc malum perpetravit.

CXLVII. Si quis focum super novem pedes, a focolare portaverit, et damnum ex ipso foco sibi, aut alterius factum fuerit, ipse qui portavit damnum componat ferquido [1]), idest simile, ideo quia nolens fecit; et si intra ipsos novem pedes quod est focolare damnum facere contigerit, non requiratur.

CXLVIII. Si quis focum foris itinere fecerit, antequam egrediatur, extinguant eum, et non neglegenter dimittat; nam si contigerit, post egressum ipsius, alicui eo ipso foco damnum aut lesionem fieri, ipse qui focum fecit et neglegenter dimissit, damnum sicut arbitratum fuerit, capud tamtum componat. Sic tamen ut post relictum focum qua hora eum reliquerit, usque ad aliam hora diei aut noctis computetur, quod sunt horae XXIIII; nam post si contigerit, ipsum [2]) trasire super publicam viam, aut ribos, et damnum fecerit, non ei requiratur qui focum fecit.

DE MOLINO INCENSO.

CXLVIIII. Si quis molinum alterius astu incenderit, idest voluntariae, in triplum restituat sub estimatione rei cum omnibus quae intus crematae sunt.

CL. Si quis molinum alterius cappelaverit aut clausuram ruperit, sine auctoritatem iudicis, componat solidos XII illi cuius molinus esse invenitur [3]). Et si iudicem interpellaverit, et iudex dilataverit ipsam causam deliberare, aut licentiam dederit adversae partis ipsum molinum evertendi, componat solidos XX in palatio regis districtus abstolesac [4]).

---

[1]) **Ferquido**: parola prettamente longobarda, secondo il Troya op. cit. pag. 172. Nota 86). Rotari la posa in primo luogo, e prima di voltarla in latino con quella di **simile**.

[2]) Id. ib. Nota 87) dice oscura questa legge, guasta nei Codici e più nel nostro Cav. A me per verità non parve di scorgervi tutta questa oscurità, e neanco al diligentissimo sig. di Vesme, il quale non ne fa motto, e nelle N. C. n. 301. dice soltanto, che nel Cod. Cav. dopo **ipsum** manca la parola **focum**: « *Cav.* **ipsum** *et omittit* **focum**. »

[3]) Troya op. cit. pag. 173 **inveniatur** per **invenitur**.

[4]) Id. ib. pag. 174 Nota 91) « **Abstolesac**. Nulla intorno al significato di questa parola nei Glossa- « rii di Cava, di Madrid e d'Ugone Grozio. *Germanicae linguae peritis*, dice il Muratori, *divinare hic* « *et verba restituere liceat.* » Il sig. di Vesme N. C. n. c. riporta tutte le diverse maniere ond'è scritta ne' Codici e nelle varie edizioni questa parola. Del nostro Cod. poi dice: « *Cav.* **abstolesac**: *vocibus* « *scilicet conjunctis.... Est autem* **camerarius**, *seu* **thesauro regio praepositus**. »

CLI. Si quis molinum in terra alterius edificaverit, et suum probare non potuerit, amittat molinum et omnem operam suam, et ille habeat cuius terra aut ripa esse invenitur, quia omnes scire debent quod suum est, non alienum.

DE OPERARIO.

CLII. Si quis operarios conduxerit, aut rogaverit, in opera, et casu faciente ex ipsis in aqua moritur, aut fulmine percutitur, aut a vento arbore mota vel propria morte moritur [1]), non requiratur ab eo qui conduxit, aut rogavit; tantum est, ut per ipsius factum qui conduxit, aut ab hominibus eius non moriatur, et si a quocumque unus eorum occisus fuerit, aut lesus, ipse componat qui eum occiderit vel leserit [2]).

DE PARENTIBUS [3]).

CLIII. Omnis parentela usque in septimum genuculum [4]) numeretur aut parens parenti, per gradum et parentelam heres succedat; sic tamen, ut ille qui succedere vult, nominatim unicuique nomina parentum antecessorum suorum dicat; et si intentio fuerit contra curtem regis, tunc ille qui querit, prebeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis, et dicant per ordinem quia parentela nostra sic fuit, et illi sic nobis fuerint parentes, quomodo nos dicimus.

DE FILIO LEGITIMO.

CLIIII. Si quis dereliquerit filios legitimos quod est fulbor [5]) et si filios naturales unum aut plu-

---

[1]) Il Vesme N. C. n. c. e n. 302. alle parole... **ex ipsis** fa notare che questo luogo in presso che tutt' i Codici è corrotto: « *ceterum totus hic locus varius et corruptus est in Codd.* » E dopo riportate le diverse lezioni, per ultimo riferisce quella del nostro: « *Cav. denique* **ex ipsis** (*omisso contigerit*) **in aqua moritur**.... **propria morte moritur**. »

[2]) Il Vesme iscrive alla legge 53 con grandi caratteri: INCIPIT DE FILIIS LEGITTIMIS; iscrizione che ha il solo Cod. di Vercelli, sebbene il Troya dica leggersi non in un solo, ma *ne' Codici veduti dal Cav. Vesme.*

[3]) Il Troya op. cit. pag. 175. Nota 94) « **De Parentibus**. Ne' testi del Muratori e del Vesme è scritto **De gradibus cognationum**. « Il Vesme però nel suo Testo. Edict. pag. 40 scrive non **de gradibus**, ma **de gradis cognationum**.

[4]) Il Vesme ibid. preferisce la lezione del Cod. Vercellese **geniculum** facendo nascere la parola dal verbo **gigno** e rigetta quella del nostro Cod. come proveniente da **genu**: *mihi verior videtur le-* « *ctio codicis Vercellensis* **geniculum**; *vocem enim repetendam puto non a* **genu** *seu* **ginocchio**, *sed a* « **gigno, genitus** *etc, ut* **geniculus** *sit* **generatio**. »

[5]) **Fulbor**. Il Glossario Cavense **fulbos**, *idest filius legitimus*.

res legitimi, tollant duas portiones de patri substantia, naturales tertiam. Si duo fuerint legitimi, habeant naturalem quintam portionem, quanticumque fuerint. Si tres fuerint legitimi, habeant naturales septimam partem. Si quattuor fuerint legitimi, habeant naturales nonam partem. Si quinque fuerint legitimi, habeant naturales duodecimam partem. Si sex fuerint legitimi, habeant naturales quintadecimam partem. Si autem plures fuerint, per hunc numerum dividant patris substantiam.

DE FILIO NATURALI [1]).

CLV. Nulli sit licentia naturales filios, equales legitimis filiis aut consimiles facere, nisi filii legitimi, post completam legitimam etatem patri consenserint: legitima aetas est, postquam filius duodecim annos habuerit.

CLVI. Si pater comparaverit eum [2]), et liberum thingaverit, libertas illi permaneat, et si non libertaverit [3]) eum, sit servus cuius et mater ancilla; nam si eum comparaverit, et aliquid de rebus eius [4]) per legem thingaverit, habea sibi ipsa res.

DE FILIO NATURALE.

CLVII. Si quis de filios naturales generatus fuerit, quod est threus [5]), heres non fiat, nisi si ei thingatum fuerit per legem, et si ei thingatum non fuerit aliquod de rebus, libertas illi permaneat.

---

[1]) Il Troya op. cit. pag. 178 stampa questa rubrica — **De filio Naturali**, e par che dica **Naturat**, e poi in parentesi soggiunge (**Naturali**). Il nostro Codice per altro non ha nè **natural**, nè **naturat**, ma **naturali**.

[2]) Id. ib. pag. 179 Nota 100): « **Si pater comparaverit eum.** Chi mai? Qui è difettoso, come so- « vente, il testo Cavense: bisogna perciò supplirlo col Muratoriano: **De filio Naturali, qui de ancilla** « **alterius natus fuerit, si pater comparaverit eum** *etc.* » Il Vesme N. C. n. c. pure avverte questa « lacuna, ma si dimostra alquanto più indulgente del Troya verso il copista del Cod. Cav.—,, **De fi-** « **lio. . . . fuerit**) *Haec verba, ad textum referenda, omittuntur in Cav. quasi rubricam constituissent adsunt tamen in Ma.* »

[3]) Troya op. cit. pag. 179 — **liberaverit-per-libertaverit**.

[4]) Id. ib. — **de rebus ei-per-de rebus eius**.

[5]) Id. ib. Nota 101): ,, **Threus.** Cioè figliuolo legittimo del figliuol naturale. Il Glossario di Ma- « drid interpreta il **Threus** per figliuolo naturale. Ma il Cavense ha una spiegazione, che favorisce la « mia, cioè, quella stessa di Rotari: = **Threus,** *idest, homines metiani; qui nunc sunt nobiles.* = Già « dunque nel *Mille* il significato della parola **Treus** erasi allargato, e dinotava i *nobilitati*, sì come al « tempo di Rotari serviva per additare la prole schietta e legittima dall' illegittima. »

DE FILIA LEGITIMA.

CLVIII. Si quis dereliquerit filiam legitimam unam, et filium naturalem unum aut plures, sive et filios parentes proximos, aut heredes, aequaliter dividant substantiam defuncti, idest in tres partes: filia legitima accipiat uncias quattuor, quod est tertiam pars, et parentes proximi aut heredes uncias quattuor, quod est tertia pars; et si parentes proximi non fuerint, tunc curtis regia suscipiat ipsas quattuor uncias.

CLVIIII. Si quis dereliquerit filias legitimas duas aut plures, et filios naturales unum aut plures, et alios parentes proximos ut supra, ille filie tollant uncias sex, quod est medietas, naturales filii uncias quattuor, quod est tertia pars, et parentes legitimi uncias duo, quod est sexta pars; et si parentes non fuerint, curtis regia ipsas duas uncias accipiat.

CLX. Si quis reliquerit filias legitimas, unam aut plures, et sorores legitimas una aut plures, et filios naturales unum aut plures, tollant filiae et sorores inter se equaliter dividendum uncias sex, quod est medietas, naturales filii uncias quattuor, quod est tertia pars, et duas uncias parentes legitimi, aut curtis regia; si parentes legitimi non fuerint [1]), curtis regia suscipiat ipsas duas uncias quod est sexta pars; pro mundio autem suprascriptarum tollant naturales filii tertiam partem, et heredes legitimi aut curtis regia partes duas.

CLXI. Si fuerint filii legitimi, et filii naturales, et sorores tam legitimae quam naturales, pro mundio earum tollant legitimi filii partes duas, naturales vero partem tertiam.

CLXII. Si fuerint filii legitimi, et filii naturales, duo aut plures, et contigerit casu, ut unus ex naturalibus occisus fuerit, tollant legitimi fratres pro compositiones illius partes duas, naturales vero qui remanserint partem tertiam; facultas vero illius mortui ad legitimos fratres revertatur, nam non ad naturales. Ideo ita previdimus propter faidam deponendam, idest inimicitiam pacificandam.

DE OCCISIONE PARENTUM. [2])

CLXIII. Si quis in mortem parentis sui insidiatus fuerit, idest si frater in mortem fratris sui aut barbani quod est patrui, seu consobrini, insidiatus aut consiliatus fuerit, et ille cui insidiatur, filium non dereliquerit, non sit illi heres cuius de anima tractavit, nisi alii parentes pro-

---

[1]) Il Signor di Vesme N. C. n. 303) dice che le parole scritte dopo **fuerint** sono un'aggiunta del Cod. Cav: ,, **fuerint**) *Post hanc vocem Cav. addit* **curtis regia suscipiat ipsas duas uncias.** »

[2]) Id. ib. nota che il Cod. Cav. ha questa rubrica. « *Cav. rubricam habet:* **De occisione parentum.**

ximi; et si parentes alios non habuerint, tunc curtis regia succedat, de anima autem illius homicidae, sit in potestatem regis iudicare[1]) quod illi placuerit, res vero quas homicida reliquit, parentes proximi et legitimi habeant, et si parentes non fuerint, tunc res ipsius curti regiae socientur.

CLXIIII. Si quis ex parentibus idest barba quod est patruus, aut quicumque ex proximis dixerit de nepote aut consobrino doloso animo quod de adulterio natus sit, nam non de certo patre, tunc ille cui crimen mittitur, queras sibi liberos sacramentales, et prebeat sacramentum quod filius legitimus sit, et per legem res ipsa ad eum pertineat. Et si hoc non [2]) fecerit, habeat et fruatur, quia iniustum videtur esse, ut tam grandis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur.

CLXV. Si quis dixerit ad uxorem alienam quod mundium eius ad ipsum pertineat, nam non ad maritum, tunc ille qui eam habet uxorem, praebeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis duodecim, quod certo domino mundium ipsum fecisset, et non eum alteri per legem dimittere debeat; si hoc non fecerit, habeat et fruatur, quia iniustum esse videtur, ut tam grandis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur.

CLXVI. Si suspectio fuerit quod maritus uxorem suam occidisset, ita decernimus, ut purificet se maritus cum sacramentalibus suis legitimis, quod mixtus [3]) in morte mulieris ipsius non sit, nec per se nec per suppositam personam, et sit exsolutus ab omni crimine, quia absurdum et inpossibile videtur esse, ut talis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur.

CLXVII. Si fratres per mortem patris in casa communi remanserint, et unus ex ipsis in obsequium regis, aut iudicis aliquas res acquisierit, habeat sibi in antea absque portionem fratrum, et qui foris in exercitum aliquid adquisierit, commune sit fratribus quos in casa commune dimisit. Si quis de suprascriptis fratribus gairethinx fecerit, habeat in antea cui factum fuerit. Et qui ex ipsis uxorem duxerit, et de rebus communibus meta data fuerit, quando alter idem uxorem duxerit, aut quando ad divisionem faciendam venerint, simili modo de communibus rebus ei refundantur aliud tantum, quantum ille alter frater in meta dedit. De

---

[1]) Troya op. cit. pag. 183 dopo la parola **indicare** scrive tra parentesi **(iudicare)**.

[2]) La voce **non** in questa e nella seguente legge 165 è scritta nel Cod. Cav., ma pare che fosse stata rasa, per la qual cosa il Troya la omise, stampando - **et si hoc fecerit** - per - **et si hoc non fecerit.**

[3]) Tr. op. cit. pag. 184 — **mixtum**-per-**mixtus**.

paterna autem vel materna substantia quod reliquum fuerit, inter se [1]) equaliter dividant.

CLXVIII. Nulli liceat sine certa culpa filium suum exhereditare, nec quod ei per legem debetur alii thingare [2]).

CLXVIIII. Iustas autem culpas exhereditandi filios has esse dicimus. Si filius contra animam aut sanguinem patris sui insidiatus, aut consiliatus fuerit, aut si patrem percusserit voluntariae, aut si cum matrinia sua idest noberca [3]) peccaverit, iustae a patre exhereditabitur.

DE EXHEREDITATIONE.

CLXX. Item sicut nec patri licitum est filios suos sine iusta causa aut culpa exhereditare, ita nec filios liceat vivo patre cuicumque res suas thingare, aut per quolibet titulum alienare, nisi forte filios, aut filias naturales habuerint, ut si secundum legem conservet.

DE DESPERATIONE.

CLXXI. Si quis se desperaverit, aut propter senectutem aut propter aliquam infirmitatem corporis filios non posse habere, et res suas alii thingaverit, postea quae contigerit eum filios legitimos procreare, omne thinx quod est donatio, quod prius fecerat, rumpatur, et filii legitimi unum, aut plures qui postea nati fuerint, heredes in omnibus patris succedant. Si autem filias legitimas unam aut plures, seu filios naturales unum aut plures post thinx factum habuerint, habeant et ipsi legem suam, sicut supra constitutum est, tamquam si nihil alii thingatum fuisset. Et ille homo [4]) cui thingatum est, tantum habeat quantum alii parentes proximi debuerant [5]) habere, aut curtis regia suscipiat, si alii thingatum non fuisset.

CLXXII. Si quis res suas alii thingare voluerit, non in absconse sed ante liberos homines ip-

---

[1]) Id. op. cit. pag. 185 — « **quod reliquum fuerit interre** (**inter se**) **equaliter dividantur** » Il Copista del nostro Codice scrisse **inter se** e non **interre**; ed **equaliter dividant** non **equaliter dividantur**.

[2]) Il Troya nella Nota 115) della pag. 186 op. cit. dice: ,, Nel 643 le successioni furono tutte « regolate dall' Editto. E però il padre, volendo pur diredare i figliuoli, non potea ciò fare con un te- « stamento, ma col donare ad altri (**thingare**) le sue sostanze, in pregiudizio de' figliuoli colpevoli.»

[3]) Vesme. N. C. n. 304.— « **idest noberca**). *Desunt haec in Ma. et Epor. — Genuina puto; fieri ta-* « *men potest ut sint glossa quae in textum irrepserit. Ceterum* **matrinia** *procul dubio vel prioribus* « *saeculis fuit vulgaris appellatio pro* **noverca**; *non tamen uti vocum* **filiaster**, **filiastra**, **patraster**, *ita* « *et hujus, supersunt exempla in antiquis scriptoribus.* »

[4]) Vesme N. C. n. c. — *Cav* : **ille homo**; *glossa quae in textum irrepsit.*

[5]) Troya op. cit. pag. 188 — **debuerint** per **debuerant**.

sum gairethinx [1]) faciat quatenus qui thingavit et qui gisilis [2]) fuerint, liberi sint, ut nulla in posterum oriatur intentio.

De thinx [3]).

CLXXIII. Si quis res suas alii thingaverit, et dixerit in ipsu thinx, lidinlaibus, [4]) idest quod in die obitus sui reliquerit, non disperdat res ipsas, postea doloso animo, nisi fruatur eas cum ratione. Et si talis evenerit necessitas, ut terram cum mancipio vendere, aut loco pigneris ponere debeat, dicat prius illi cui thingavit: ecce vides, quia necessitate conpulsus, res istas vado dare, si tibi videtur, subveni mihi, et res ista conservo in tuam proprietatem; tum si noluerit subvenire, sit illi stabile et firmum qui acceperat.

CLXXIIII. Non liceat donatori ipsum thinx quod antea fecit, iterum in alium hominem transmigrare, tantum est, ut ille qui gairethinx susceperit, tales culpa non faciat donatori suo, quale solent ingrati filii parentibus suis facere, pro qua exhereditantur, quae in hoc edicto conscriptae sunt; ipse autem qui gairethinx susceperit, ab alio quicquid reliquerit donator, in die

---

[1]) Il Vesme N. C. n. c. aggiunge un **n** dopo la lettera e che non si legge nel nostro Codice nella parola **gairethinx**; *Cav.* **gairenthinx**. — Il Troya op. cit. pag. 189 nel testo ha **gairethinx** come si legge nel nostro Codice, ma nella Nota 119) stampa **gairenthinx** — „ **Garenthinx faciat.** Il Glossario « di Madrid ha: « **Eairenthix** (*lege* **Gairenthix**) *idest obligatum donum* ». *Il Cavense* **Gairenthix**, « *idest qui recipit donum.* Ugone Grozio nel Glossario: » **Garathinx** — **Gartinx**, *Universitatis donatio* « *in judicio.* **Thingen** — *judicare. Sed inde sumptum pro acto legitimo omni, qualis cessio in jure.* — « Niuna di queste dichiarazioni sembra convenire al senso di tal parola. . . . . . Che sia stato il **Ga-** « **renthinx**, da tal parola procedono i nostri odierni vocaboli di guarentigia e di guarentire. . . . — »

[2]) **Gisilis** — cioè testimonio. — Questa parola al Troya ed al Castiglioni da lui citato parve una parola Gotico — Ulfilana. — Vedi op. cit. pag. 190 Nota 120).

[3]) Vesme N. C. n. c. — « *Cav. preposteram rubricam habet* **de thinx.** »

[4]) Vesme N. C. n. 305 scrive divisa in due la parola **lidinlaibus**, che nel nostro Codice è scritta in « una sola continuazione. — « **Lidin laibus**, *Cav. Forte* **lidin** *pro* **lide** *recte seu habet,* » — Il Troya op. « cit. pag. 191 Nota 121). — « **lidinlaibus**. Il Glossario Cavense dice **lidinlaib**, *idest in die obitus* « *sui.* Il Matrilense uniformasi alla vera spiegazione contenuta nel testo di Rotari » **Ladinlaib**, *idest* « *quod reliquerit in die obitus sui* « Il testo Muratoriano ha **lidoluip**; il Vesmiano **lide laib**, oltre le « varianti, che sono infinite. Siffatta parola era *Sagramentale* appo i Longobardi, per dinotare una » donazione da recarsi ad effetto dopo la morte del donatore. *Sagramentale* parimenti era quel di- « scorso, che il donatore dovea fare al donatario. »

obitus sui habeat licentiam in suum dominum [1]) recolligere, et debitum creditoribus reddere, et ab alii exigere, et quod in fiducia positum est reddat debitum, et requirat rem in fiducie nexu posita.

DE DONATIONE.

CLXXV. Si quis res suas cuicumque donaverit, et postea qui donavit launegild [2]) requisierit [3]), tunc ille qui accepit, aut heredes eius si ausus non fuerit iurare, quod compositum sit, reddat ferquido, idest simile, qualis in die illa fuit, quando donatum est; et si iuraverit, sit exsolutus.

CLXXVI. Si quis leprosus effectus est et cognitum fuerit iudici vel populo certa rei veritate, et expulsus fuerit a civitate vel casa sua ita ut solus habitet, non sit ei licentia res suas alienare aut thingare cuilibet persone, quia in eadem die quando a domo expulsus est, tamquam mortuus habebatur; tamen dum advixerit [4]) de rebus quas reliquerit, pro mercede nutriatur.

CLXXVII. Si quis liber homo potestatem habeat intra dominium regni nostri cum fara [5]) sua migrare ubi voluit, sic tamen si a rege fuerit licentia data, Et si aliqua res ei dux [6]) aut quicum-

---

[1]) Tr. op. cit pag. 191 dopo la parola **dominum** scrive tra parentesi (**dominium**).

[2]) Vesme N. C. n. 305 — « Cav. **Launelgild** — » ; il Cod. Cav. peraltro, e pure il Troya, hanno **launegild** non **launelgild**.

[3]) Tr. op. cit. pag. 192 Nota 125) « **Launegild requisierit**. Ecco, dopo il **Garenthinx** la seconda « condizione richiesta per render solenni le donazioni; quel piccolo dono, cioè, d'un anello, d'un « guanto, d'un mantello e d'altre minutaglie detto il *Launechildo*. Se il donatario rivoleva il suo « *Launechildo*, cadeva la donazione. »

[4]) Id. ib. pag. 195 stampa — **tamen dum adiuxerit**, e poi tra parentesi (**advixerit**); correzione di cui poteva farsi di meno, perchè il nostro Codice ha **advixerit** non **adiuxerit**.

[5]) Troya op. cit. Nota 127) della pag. 196 « Tutta l'attenzione dei Chiosatori di questa legge s'è ri- « volta sin quì alla sola interpretazione della parola **Fara**. Il Glossario Cavense; « **Fara** *idest* Paren- « tela. » Il Matritense, guasto senza dubbio: « **Fara,** *idest rebus* » Che vuol dire? — Quello d'Ugone « Grozio, col quale sta il Muratori: « **Fara** *Generatio, familia. A verbo* FAREN *quod est progredi. Postea* « *Christianorum dicta sic Paroecia; unde* — **far-her**. — Io non dubito della verità di tali ecc. ecc.

[6]) Il Vesme N. C. n. c. avverte che di tutt' i Codici il solo Codice di Vercelli usa **dox** invece di **dux**, dalla quale forma egli dice nata la voce italiana **Doge** : « **dox**) *Ita Verc., rell.* **dux** » *Nota autem formam, ex qua orta est Itala vox* **doge**. »

que liber homo donavit, et cum eo noluerit [1]) permanere, vel cum herede ipsius, res ad donanatorem vel ad herede ipsius revertatur.

DE SPONSATA ALTERIUS.

CLXXVIII. Si quis sponsaverit puella liberam aut mulierem, et post sponsalia facta et favula [2]) firma, Si duos annos sponsus neglexerit et dilataverit nuptias exequi, post transactum biennium, potestatem habeat pater aut frater, vel qui mundium [3]) eius potestatem habet distringere fideiussorem, quatenus adimpleat moetam [4]) illam quae in die sponsaliarum repromisit [5]), postea liceat eos ipsam feminam ad alium maritum dare, libero tamen, et meta quae exacta fuerit, sit in potestate puelle aut mulieris, eo quod sponsus intra finitum tempus uxorem accipere neglexit, aut si voluntariae dilatavit, excepto inevitalem causam.

DE SPONSUS [6]).

---

[1]) Troya ib: **voluerit**; Vesme N. C, n. 304. – *Cav.* **cum eo uolerit**; il Cod. Cav. peraltro non ha nè **voluerit**, nè **uoluerit**, ma si **noluerit**.

[2]) Troya op. cit. pag. 197: – **Favuula**, e poi tra parentesi (**Fabula**); il Codice Cavense ha **favula** non **favuula**.

[3]) Id. ib. **mundius** per **mundium**. – Il Vesme N. C. n. c. dice che malamente il Cod. Cav. omette la voce **vel**: « **vel qui**). *Cav. omittit* **vel** *perperam.* » Nel Codice Cavense però non pare che sia omessa la detta voce, leggendosi **vel qui mundium** non **qui mundium**.

[4]) Il Troya ib. nella Nota 128) parla intorno agli sponsalizii de' Longobardi, nei quali si stipulava « *la* **favola**, ossia l' istromento nuziale, ove si davano i **fideiussori** da ciascuno de' contraenti. In tali « **favole** determinavansi la **Meta** o **Mefio**, ed il **Faderfio**; ed interveniva necessariamente il **Mundualdo** della donna, fosse stato il padre od il fratello di lei, o qualunque altro in loro mancanza.— « Nel Glossario Cavense la **Meta** o **Mefio** si diffinisce : « **Meta,** *idest promissio, quod marito (maritus)* « *facit uxori antequam tollat.* » Nel Matritense : « **Meta** *idest obligatio in die nuptiarum.* » Il Grozio nel Glossario : « **Methium, Methe, Mede, Meffio;** *est, sponsalitia largitas, et generaliter quaevis mer-* « *ces. . . dotali pecunia.* » Meglio di qualunque altro il Muratori nelle Note a Rotari : « *Antiquitus* « *Langobardis in more fuit dotem recipere, et uxori donationem propter nuptias facere. . . Statueba-* « *tur* **Meta** *eo ipso die, quo sponsalia de futuro matrimonio publicis tabulis firmabantur.* » . . . — Il « **Faderfio** era un qualunque dono si facesse per le nozze dal padre o dal fratello alla donzella . . . Il « **faderfio** si prometteva nel contratto nuziale : si dava in quel delle nozze o dopo. » **Faderfrido,** *idest* « *quod adduxit de parentibus.* » Son parole del Glossario di Cava. »

[5]) Id. ib. **repromissit** per **repromisit.**

[6]) Vesme N. C. n. c.: « *Cav. spuriam rubricam habet* **de sponsus**.

CLXXVIIII. Si dixerit sponsus de sponsa sua quod se adulterasset, postquam eam sponsatam habuit, liceat parentibus eius eam purificare cum duodecim sacramentalibus, tunc purificata accipiat ea sponsus in priore fabula stetit. Et si postquam purificata fuerit, eam tollere uxorem neglexerit, sit culpabilis sponsus dupla meta quantum dictum est in die illa, quando fabula firmata fuerat. Et si parentes eius, ut dictum est, eam non potuerit purificare de ipso crimine, tunc sponsus recipiat res suas quas dedit, et illa patiatur pena adulterii, sicut in hoc edicto constitutum est.

DE LEPRA.

CLXXX. Si contigerit postquam puella aut mulier sponsata fuerit, leprosa aut demoniaca aut de ambobus oculis excecata apparuerit, tunc sponsus recipiat res suas et non compelletur ipsam invitus tollere ad uxorem, nec pro hac causa calumnietur, quia non suo neglectum dimisit, sed peccato eminente et egretudine supervenientes.

CLXXXI. Si pater filiam suam aut frater sororem legitimam alii ad maritum dederit, in hoc sibi contenta sit quantu ei pater, aut frater in die traditionis nuptiarum dederit, amplius non requiratur.

CLXXXII. Si quis filiam suam aut quamlibet parentem in coniugium alii dederit, et contigerit casu, ut ille maritus moriatur, potestatem habeat illa vidua si voluerit ad alium maritum ambulare, libero tamen secundus autem maritus qui eam tollere disponit, de suis propriis rebus medietatem preti quantum est, quando eam primus maritus sponsavit, pro ipsa meta dare debeat ei, quia heres proximus prioris mariti esse invenitur. Et si noluerit accipere, habeat ipsa mulier morgicaput [1]) quod de parentibus suis adduxit, idest phaderfio; parentes vero eius potestatem habeant ea dandi ad alium maritum, ubi ipsi et illa voluerit. Et mundium eius prioris mariti parentes non habeant, pro eo quod ei denegaverunt voluntatem suam, ideo redeat mundium eius ad proximos parentes, qui prius eam ad maritum dederunt. Et si parentes non fuerint legitimi, Tunc mundius ille ad curtem regis pertineat. Et si talis fuerit

---

[1]) **Morgicaput.** Nel nostro Codice e pure nel Troya questa parola è scritta in una sola continuazione; il Vesme N. C. n. c. la riporta divisa in due: « *Cav.* **morgi caput.** » — Inquanto poi a questa voce il Troya a pag. 199 dell' op. cit. dice: « il **Morgincap** non appartiene agli sponsali; era il *dono* « *matutino* che offerivasi dal marito alla moglie dopo la prima notte delle nozze. » Ed alla pag. 202 « Nota 133) soggiunge: il **Morgincap** si guadagnava eziandio dalla vedova, che passasse a seconde « nozze con un uomo libero. »

mulier quae maritum nolit aut non possit habere, sit in potestatem illius ad quem mundius de ea pertinet. Et si ipse eam male habuerit, aut tractaverit, et probatur, tunc liceat eam ad parentes suos reverti. Si vero parentes non habuerit, tunc ad curtem regiam habeat refugium, et mundium eius sit in potestate regis.

CLXXXIII. Si quis pro libera muliere aut puella mundium dederit, convenit ut ei tradatur ad uxorem postea quae contigerit maritu mortuo, ut ipsa mulier ad alium maritum debeat ambulare, aut ad parentes, vel ad curtem regis reverti, Tunc heredes mariti prioris accipiant medietatem de meta, sicut supra constitutum est, et ipsa per manum simili modo tradatur, sicut priori marito tradita fuit; nam aliter sine traditione nulla rerum dicimus subsistere firmitati.

CLXXXIIII. Si quando pater filiam suam, aut frater sororem suam, alio ad uxorem tradiderit, et aliquis ex amicis accepto exenio ipsi mulieri aliquid dederit, ipsius sit potestate qui [1]) mundium de ea fecit, eo quod maritus si launegild requisierit, ipse debet persolvi.

DE NOBERCA IDEST MATRIMONIA [2]).

CLXXXV. Non liceat novercam suam idest matriniam quae fuit uxor patris, neque privignam quae est filiastra, neque cognatam quae fuit uxor fratris, uxorem ducere; et si ipsa consenserit, vir qui eam ducit, pro culpa componat solidos C in curte regis, et mox separetur hab ea [3]) constrictus a rege, ipsa mulier habeat medietatem de omni res sua, Et medietatem suscipiat curtis regia, eo quod inlicita consenserunt celebrare nuptias, hanc penam sustineant et mox, ut dictum est, separentur.

DE VIOLENTIA.

CLXXXVI. Si vir mulieri violentiam fecerit [4]), et per vim eam ad uxorem tulerit, sit culpabilis solidorum DCCCC, medietatem parentibus mulieris, et medietatem regi. Et si parentes non habuerit, ipsi nungenti solidi ad curtem regiam exigantur, et mulier ipsa potestatem habeat cum omni re sua propria, que ei per legem competit, eligendo qui mundium eius in potesta-

---

[1]) Troya ib. pag. 204 dopo la voce qui scrive tra parentesi (**quia** nel Muratori).

[2]) Id. ib. — **De noberca idest matrinia** — e pure il Vesme N. C. n. 307 : « *Cav. habet* **De noberca** « **id est de Matrinia**, ma il nostro Cod. erroneamente ha — **De noberca idest matrimonia**.

[3]) Troya ib. stampa **habea**, e poi tra parentesi (**ab ea**); il nostro Codice non ha **habea** in una sola parola come legge il Troya, ma sì **hab ea**.

[4]) Id. ib. pag. 205 **fuerit** per **fecerit**.

tem debeat habere, vult ad parentem si buerit [1]) vult ad fratres, vult ad barbanum, vult ad manum regiam, ipsius mulieris sit potestate, ubi sibi ipsa elegerit.

CLXXXVII. Si quis violento nomine tulerit uxorem, componat, ut supra, et postea mundium eius faciat. Nam si contigerit casu, ut antequam mundium eius fecerit, mortua fuerit, res eius parentibus reddantur. Et ille vir qui eam violento ordine tulerit uxorem, componat eam mortua, tamquam si fratres eius occidisset, [2]) et ita appraetietur, et parentibus pro mortua componere cogatur, aut cui mundium de ea pertinuerit.

CLXXXVIII. Si puella libera aut vidua sine voluntate parentum ad maritum ambulaverit liberum, tunc tamen maritus qui eam accepit uxorem, componat anagrip [3]) solidos XX et propter faida alios XX. Et si contigerit eam mori antequam mundium eius faciat, res ipsius mulieris ad eum revertantur, qui mundium in potestatem habet, nam amplius calumnia praesumptori non generetur. Ideo perdat maritus res mulieris, eo quod mundium facere neglexit.

CLXXXVIIII. Si puella aut mulier libera voluntariae fornicaverit cum libero tamen homine, potestatem habeat parentes in ea dare vindictam, et fortes ambarum partium steterit, ut ille qui fornicavit, eam tollat uxorem, componat pro culpa solidos XX; et si non convenerit, ut ha-

---

[1]) Id. ib. dopo **si buerit** tra parentesi scrive (**habuerit**). — Il Vesme N. C. n. c. stampa il **si buerit** non diviso come nel nostro Codice, ma in una sola parola; « *Cav.* **ad parentem sibuerit.** »

[2]) Il Troya op. cit. pag. 206 Nota 144) dà dello stolto al Copista del Cod. Cav., ma non pare che manchi alcuna cosa nel nostro Codice per meritare simile rimprovero : « Nel testo Cavense quì stolta- « mente si dice; « **tanquam fratres ejus (mulieris) occidisset.** « Ma il Muratori dà la vera e giusta le- « zione: **Et ille vir qui eam violento ordine tulerit uxorem, componat eam pro mortua, tamquam si** « **virum de simili sanguine, id est fratrem ejus occidisset, ita appretietur,** etc. » Il Vesme non trova niente a ridire nelle sue N. C. a questa legge, per la qual cosa neanche Egli, ch'è così preciso, avrà notata questa stoltezza del Copista del Codice Cavense, che offese tanto il Troya.

[3]) Troya ib. Nota 145) = **Anagrip.** Parola solenne appo i Longobardi. Nel Glossario Cavense : « **Anagrip** *idest Faida aut inimicitia.* » Nel Matritense : « **Anagrip,** *idest manu agrippare carnem.* « Nel Groziano : **Anagrif–An-grif,** *Aggressio.* Nelle Note del Muratori alla presente Legge: **Anagrip,** « *Idest pro culpa praesumptionis suae, ut hanc vocem Glossographi explicant.* E veramente a tal modo « avea notato il Du Cange, allegando l'interpretazione così de'più recenti Boerio, Lindebrogio e Spel- « manno, come de' più antichi Papia ed Uguccione. Ma non vuolsi tacere un'altra interpretazione, sog- « giunta in luogo diverso dal Glossario Cavense, la quale forse riesce a dar più intima contezza della « cosa : — **Anagrip,** *idest secretum mulieris.*

beat eam uxorem, componat solidos c, medietatem regi et medietatem quaem mundium pertinuerit de ipsa [1]).

cxc. Si quis puellam aut viduam alteri sponsatam, illa tamen consentientem, tulerit uxorem, componat parentibus mulieris, vel ad quem mundium de ea pertinuerit, anagrip solidos xx, et propter faida alios xx [2]), et mundium eius qualiter steterit, faciat. Sponso autem, cuius sponsa fuit, omne quod in meta dictum dandi fuit, quando ea sponsavit, in duplum componatur ab illo qui ei disponsata sua turpem fecit, et postea sponsus post acceptam duplam compositionem pena eius sit [3]) sibi contentus, et amplius ex hac causa adversus fideiussorem calumnia non requirat.

cxci. Si quis sponsatam puellam, aut viduam alterius rapuerit, sit culpabilis parentibus puellae, aut ad quaem mundium de ipsa pertinet, solidos dcccc, medietatem regi, et medietatem parentibus puelle, idest patri, aut fratri, aut qui proximi sunt, et mundium eius, si convenerit, faciat. Sponso autem, cuius in turpem aut in ridiculum egit, componat dupla metam, quantum dictum est in die illa, quando favula [4]) firmata fuerat, et amplius fideiussori aut raptori ab ipso sponso calumnia non generetur [5]).

cxcii. Si pater aut frater, vel aliquis ex parentibus puellam alii sponsaverit, et postea cum alio extraneo colludium fecerint, aut fraudem consenserint cum illo qui eam violenter, aut ipsa consentientem duxerit uxorem, tunc ipsi parentes qui huius colludii fraudem consenserunt,

---

[1]) Troya ib. pag. 207 Nota 147) « Questa legge 189 non è intera nel testo Cavense. Soggiungerò « quel che si trova di più nel Muratoriano... **pertinuerit de ipsa**. *Et si parentes neglexerint, ut eam « habeat uxorem aut noluerint in ipsam dare vindictam, tunc liceat Gastaldio Regis, aut Sculdasio, « ipsam ad manum Regis tollere, et judicare de ipsa, quod Regi placuerit.* » Anche il Vesme N. C. n. 308 nota questa mancanza del Codice Cavense : « *Cav.* **pertinuerit de ipsa**. *Reliqua hujus capitis « omissa sunt in Cav.* »

[2]) Dopo le parole — **anagrip soli xx** mancano nel Troya le parole — **et propter faida alios xx**, che si leggono nel testo Cavense di questa legge 190.

[3]) Troya ib. pag. 208 — **pena sit** per **pena ejus sit**.

[4]) Id. ib. e puranche il Vesme N. C. n. 309 **faula** per **favula**.

[5]) Il Troya non ne fa motto; ma il sig. di Vesme N. C. n. c. nota che in questa legge 191 dopo la parola **generetur** nel Cav. manca: *sed sit sibi contemptus in ipsa dubla compositionis pœna* : » **calunnia non generetur**.... *Reliqua hujus capitis desunt in Cav. et Mat.*

componant sponso qui eam sponsatam habuit [1]), simili pena, ut supra in duplum, metam quae dicta fuerat in die sponsalium, et postea sponsus amplius adversus eos vel fideiussorem calumnia non requirat.

CXCIII. Si puella libera servum alienum foris provincia secuta fuerit, requirant eos pariter dominus servi et parentes puellae. Si eos invenerint, ambo penam iuxta legem sustineant, nam culpa a domino [2]) cuius servus fuerit, non requiratur.

CXCIV. [3]) Si quis cum ancilla gentile [4]) fornicatus fuerit, componat [5]) solidos XX.

CXCV. Si cum [6]) romana [7]) ancilla fornicatus fuerit, componat solidos XII.

CXCVI. Si quis mundium de puella libera aut muliere potestatem habens, excepto patres aut fratres, et in anima ipsius puellae aut mulieris insidiatus fuerit, aut alii violenter ad maritum dare voluerit, aut volentibus ad eius violentiam faciendam consensum prebuerit, Aut

---

[1]) Tr. ib. fra la parola **habuit** e la parola **simili** aggiunge **sint**, che non si legge nel Cod. Cav.

[2]) Quì nel nostro Codice si legge l' abbreviatura **Dno**, che non è difficile ad interpretarsi; il Troya però stampa a $\overline{\text{dn}}$ e poi tra parentesi (**a Domino**).

[3]) Troya ib. pag. 209 prima della legge 194 scrive tra parentesi. (Le Leggi 194 e 195 del testo Ca« vense costituiscono una Legge sola, cioè la 194 nel Muratoriano e nel Vesmiano). Il Vesme N. C. n. c. dice che non solo il Cav., ma anche altri Codici dividono in due questa legge 194. — « *Hoc ca« put in Sang. Cav. Ma. in duo divulsum est, sed in Cav. obstante capitulorum indice, imo ipsa ca« pitum serie et numeris in textu; nam incremento unius numeri, quod inde ortum est, mox occurrit « amanuensis; duobus capitibus, CXCVII et CXCVIII notatis eodem numero CXCVIII; ut sic inde « ab eo capite numeri capitulorum iterum conveniant cum nostris, et cum ipso indice codicis Cav. In « Cav. igitur prior hujus capituli pars est cap. CXCIIII.* »

[4]) Troya ib. Nota 152) « **Ancilla Gentile**. Non la pagana od idolatra, come vuole il Glossario Caven« se. Ben disse il Muratori nelle Note opponendosi a così fatta interpretazione: *Gentilis hic mihi vi« detur significare ancillam ex eadem gente, hoc est Langobardorum, ortam.... Et sane populum su« um Reges ii appellare consueverunt Gentem Longobardorum.* »

[5]) Quì il nostro Codice manca di una parola necessaria **Domino eius**; il Troya la supplisce tra parentesi segnando dopo di essa il nome del Muratori » (**domino eius** *Murat:*) ».

[6]) Vesme N. C. n. c.: «.... **si cum**) *Hinc novum caput auspicantur Sang. Cav. et Ma.*; *in Cav. « est CXCV.* »

[7]) Vesme ib.: « **Romana**)... *Post hanc vocem Sang. addit,* **ancilla**; *Ma.* **fornicatus fuerit**; *Cav.* **an« cilla fornicatus fuerit.** *Ipse dissensus satis ostendit glossemata haec esse, inserta arbitrio amanuen« sium ob praeposteram capitis divisionem.* »

consilium dare probaverit, amittat mundium ipsius, et illa potestatem habeat de duabus viis ambulandum ubi voluerit, vult ad parentes reverti, vult ad curtem regis cum rebus suis propriis quae ad ea per legem competit, se commendare, qui mundium eius in potestatem debet habere. Et si vir ille hoc crimen negaverit, liceat eum se purificare; quod si fecerit, habeat mundium eius, sicut et habuit.

CXCVII. Si quis mundium de puella libera aut muliere habuerit, excepto pater aut fratres, et crimen ei iniecerit, quod adulterasset, amittat mundium ipsius et illa potestatem habet cum rebus suis propriis, vult ad parentes reverti, vult ad curtem regiam se commendare, qui mundium eius in potestatem debeat habere. Et si vir ille hoc crimen se dixisse negaverit, liceat eum se purificare, si potuerit, et mundium ipsum sicut habuit, habere.

CXCVII. [1]) Si quis mundium de puella libera aut muliere habens, eamque strigam, quod est masca, clamaverit, excepto patre [2]) aut fratre, amittat mundium ipsius ut supra. Et illa potestatem habeat, vult ad parentes, vult ad curtem regis cum propriis rebus suis se commendare qui mundium eius debeat habere. Et si vir ille negaverit hoc crimen dixisse, liceat eum purificare, et mundium sicut habuit habere, si se purificaverit.

CXCVIII. Si quis puellam aut mulierem libera quae in alterius mundium eius fornicaria aut strigam clamaverit, et pulsatus penitus manifestaverit per furorem dixisset, Tunc praebeat sacramentum cum duodecim sacramentalibus suis, quod per furorem dixisset ipsum nefandum crimen, nam non certa causa cognovisset, tunc pro ipso vano improperii [3]) sermone, quod non cognoverat, componat solidos XX et amplius non calumnietur. Nam si perseveraverit et dixerit se posse probare, tunc per camphionem, idest per pugnam, ei iudicium decernatur; et si probatum fuerit, illa sit culpabilis, sicut in hoc edicto legitur. Et si ille qui crimen misit,

---

[1]) Il Troya op. cit. pag. 215 scrive il N. 198 prima della legge: **si quis mundium de puella**; nel Cod. Cavense però avanti a questa legge è scritto il N. 197; e questo numero è ripetuto nel nostro Codice, non già il N. 198, siccome dice il Troya. Nè si contenta soltanto di ciò, ma nella seguente legge stampa il numero 198 col *bis* e fra parentesi *(errore del Codice Cavense)*. — Non neghiamo l' errore di Numero che pur troppo esiste nel Cod. Cav., ma diciamo solo che il ripetuto non è il 198, come asserisce il Troya ed anche il Vesme (vedi Nota num. 2), ma sì il 197.

[2]) Troya ib. **excepto pater aut frater** per **excepto patre aut fratre.**

[3]) Id. ib. **pro ipso vano improperiis sermone** invece di **pro ipso vano improperii sermone.**

probare non potuerit, ubidrigid [1]) ipsius mulieris secundum nationem suam componere compellatur.

CXCVIIII. Si pater filiam suam, aut frater sororem suam ad maritum dederit, et contigerit casu, ut ille maritus moriatur, Et pater aut frater mundium eius liberaverit, sicut supra constitutum est, et illa in domo patris aut fratris regressa fuerit, et alias sorores in casa patris invenerit, et postea pater, aut frater mortuus fuerit, et illa remanserit in domum cum alias sorores, una aut pluribus, et ad facultatem patris vel fratris venerit dividendum cum aliis parentibus aut cum curte regis, Tunc illa vidua quae in domo patris vel fratris regressa est, habeat sibi in antea morgicaput et metfio; de faridin [2]) autem, idest quantum de aliis donis quando ad maritum ambulavit, pater aut frater ei dedit, mittat in confuso cum illis aliis sororibus, una aut pluribus, et tollat unaquaeque in antea tantum, quantum pro mundio pater aut frater liberandum ad parentes mariti defuncti dedit: reliquam patris aut fratris substantiam aequaliter dividant, sicut in hoc edicto legitur. Et si sola in casa remanserit, quantum ei per legem competit, heres succedat.

DE OCCISIONE MULIERUM.

CC. Si maritus uxorem suam occiderit inmerentem, quod per legem non sit merita mori, componat solidos mille ducenti, medietatem illis parentibus, qui eam ad maritum dederunt, et medietatem curtis regis, et [3]) actorem regis distringantur, et pena suprascripta componatur. Et si filios legitimos ex ipsa muliere habuerit, habeant filii morgincaput, et faterfio matris sue mortuae. Et si filios ex ipsa non habuerit, revertatur ipsa facultas ad parentes, qui eam ad maritum dederunt. Et si parentes non habuerit, tunc ipsa compositio, et praedicta facultas in integrum [4]) ad curtem regis perveniat.

CCI. Si quis puella libera aut mulierem asto animo pro qualibet occasione occiderit, componat

---

[1]) Troya op. cit. pag. 216 dopo **ubidrigild** fra parentesi scrive (**Wuidrlgild**).Ed il Vesme N. C. n. 311. « *Cav., scripturae vitio,* **ubi drigild.** »

[2]) Tr. ib. pag. 217 dopo la parola **faridin** tra parentesi scrive (**faderfio**). Vesme N. C. n. c. in luogo di **faridin** stampa **fasidin**: « **fasidin** *Cav.* »

[3]) Tr. ib. pag. 210 dopo il monosillabo **et** scrive tra parentesi (**per**); cioè, **et (per) actorem,** invece di **per actorem,** siccome ha il Codice Cavense.

[4]) Il Vesme N. C. n. c. nota come un' aggiunta del Cod. Cav. le due parole **in integrum.... facultas)** *Post hanc vocem Cav. addit* **in integrum.** »

solidos mille dugenti, medietatem parentibus ad quos mundium de ipsà pertinet, et medietatem regi; et si parentes non habuerit, tunc ipsa compositio in integrum in curtem regiam perveniat; sic tamen, si asto animo, idest voluntarie, eam occiderit.

CCII. Si mulier in morte mariti sui consiliaverit, per se aut per suppositam personam, sit in potestate [1]) mariti sui facere de ea quod voluerit. Simul et de rebus ipsius mulieris; nam si illa negaverit, liceat parentibus eius eam purificare aut per sacramentum, aut per camphionem, idest per pugnam.

CCIII. Si mulier maritum suum occiderit, ipsa occidatur, et res eius si filii non fuerint, parentes mariti habeant.

CCIV. Nullae mulieri liberae sub regni nostri dicionem legis langobardorum viventi, liceat in suae potestatis arbitrium, idest [2]) silpmundia vivere, nisi [3]) semper sub potestate virorum, aut regis debeat permanere, nec aliqui de re mobile, aut inmobile, sine voluntate ipsius in cuius mundium fuerit, habeat potestatem donandi seu alienandi.

CCV. Si quis aldiae alienae, idest quae iam de matre libera nata est, violentiam fecerit, componat solidos XL [4]).

CCVI. Si quis libertae alienae, idest ipse personae que libera dimissa est, violentiam fecerit, componat solidos XX.

CCVII. Si quis ancilla violaverit, componat solidos XX.

CCVIII. Si quis rapuerit aldiam alienam, et in curte alterius duxerit, sequens dominus, aut parentes eius, aut cui curtis est, antesteterit, et non permiserit vindicari, aut foris extrahere, componat solidos XL, medietatem regi, et medietatem domino aut ad parentes eius.

CCVIIII. Si quis rapuerit ancillam alienam, et in curte alterius duxerit, sequente domino aut parentibus eius, et cuius illa curtis fuerit, antesteterit [5]) et non permiserit vindicare, componat cui antesteterit solidos XX, medietatem regi, et medietatem cui ancilla fuerit.

---

[1]) Troya ib. pag. 219 **sit in potestatem**, per **sit in potestate**.

[2]) Il Vesme N. C. n. 312 non approva in questo luogo del Codice Cav. la parola **idest** : « **arbitrium)** *Post hanc vocem Epor. Cav. et Ma. addunt* **id est** *quod minus probo.* »

[3]) Troya ib. pag. 222 Nota 166) « **Nisi**. Ed in questo ed in molti luoghi è avversativo e vale *Sed.* »

[4]) Id. ib. tanto in questa legge 205 che nella seguente 208 stampa XI, e fra parentesi (XL); laddove il Cod. Cav. non ha XI ma sibbene XL.

[5]) Troya ib. pag. 223: **et cuius illi curtis duxerit** antesteterit; laddove il Cod. Cav. ha **et cuius illa curtis fuerit antesteterit**.

CCX. Si quis rapuerit ancilla alienam [1]), et in curte regis duxerit, et sequens dominus aut quicumque ex amicis, aut servis, et gastaldius, aut auctor regis antesteterit pro aldia, de suis propriis rebus componat illis, cuius aldia fuerit, solidos XL, et pro ancilla solidos XX.

CCXI. Si liber aut servus uxorem alterius tulerit, et eamque sibi in coniugio sociaverit, ambo occidantur; sic tamen, si ambo consenserint.

CCXII. Si quis cum uxore sua alium fornicantem invenerit, servum aut liberum, potestatem habeat eos ambo occidendi; et si eos occiderit, non requirantur.

CCXIII. Si quis alio de uxore sua crimen injecerit, quod cum ea fornicasset, liceat ei cui crimen mittitur, aut per sacramentum, aut per camphionem se purificare; et si probatum fuerit, animae suae incurrat periculum.

CCXIIII. Si quis liberam puellam absque consilio parentum aut voluntatem duxerit uxorem, componat parentibus, ut supra anagrae [2]) solidos XX, et propter faida, idest inimicitia, alios XX; de mundio autem, qualiter convenerint et lex habet, sic tamen, ut ambo liberi sint.

CCXV. Si quis puellam aut viduam sponsatam habuerit et contigerit casus, ut ipsa puella aut vidua antea moriatur, quam ad patrem aut qui mundium eius potestatem habuerit, tradita fuerit, tunc meta quae data fuerat, ab illo sponso reddatur ei tantum quantum in ipsa meta dedit; nam aliter res illius sint, et qui mundium eius in potestatem habere videtur, eo quod ante traditione mortua fuit.

****) Il Muratori: *Adhuc rustici nostri aratrum* PIODO *appellant.* Ed il Glossario Matritense; PLOBUM, *idest iugum.* Troya op. cit. pag. 207 Nota 286) « Non comprendo il Cavense: PLOVUM, *idest incibo aratri.* Ma l' aratro presso « Rotari è cosa diversa dal giogo e per l'aratro si pagavano quattro soldi, e sei pel giogo. Il *plous* era il vomere. »

*****) Troya op. cit. pag. 208 Nota 287) « SOGAS. Il Cavense ha: SOGA, *idest funem.* Scrive il Muratori nella « Nota: *Haec vox pro fune adhuc apud rusticos nostros in usu habetur.* »

unde sex solidos aut minus in hoc Edicto sunt judicati, fur ipse supertentus fuerit non sit figangit, nisi tantum conponat sicut costitutum est.

CCXCII. **De vitem uvarum.**

Si quis vitem expoliaverit, id est aminicula tolerit super tres aut quattuor, conponat solidos sex.

CCXCIII. **De palo quod est carraclo.**

Si quis palum de vitem tolerit, conponat solidos sex.

CCXCIIII. **De vitem incisam.**

Si quis vitem de unam fossam asto capelaverit, conponat solido uno.

CCXCV. **De travicem vitis.**

Si quis travicem de vitem inciderit, componat medio solido.

CCXCVI. **De ubas.**

Si quis super tres uvas de vinea alienam tolerit, conponat solidos sex; nam si usque tres tolerit, nulla sit illi culpa.

CCXCVII. **De ambolatorias.**

Si quis pastoriam de cavallum alienum tolerit, conponat solidos sex.

CCXCVIII. **De capistro.**

Si quis capistrum de caput cavalli tolerit, conponat solidos sex.

CCXCVIIII. **De retis.**

Si quis retis alienas aut nassas levaverit, aut in piscaria alieno piscis tolerit, conponat solidos tres.

CCC. **De arbores.**

Si quis rovere, aut cerrum, seu quercio quod est modola, hisclo quod est fagia, infra agrum alienum aut culturam seu clausuram vicinos ad vicinum inciderit, conponat per arborem tremissis duos. Nam eterâns homo si propter utilitatem suam foris clausuram capelaverit, non sit culpavelis.

CCCI.

Si quis castanea, noce, pero aut melum alienum inciderit, conponat solido uno.

CCCII.

Si quis ulivo capelaverit aut socciserit, conponat solidos III.

CCCIII.

Si homo aut quislevit peculius in sepe alterius texta cum vimen se inpegerit, et mortuus aut aliquam lesionem passus fuerit, tunc ille qui sepem ipsam fecit et caput majorem aut minorem de vimen foris dimisit, ipse set culpavelis homicidii aut lesionis.

sam [1]) fecit, et campum minimum aut maiore de biminae foris dimisit, ipse sit culpabilis homicidii et lesiones [2]).

CCCIIII. Si quis caballus aut quodlibet peculium in clausura alterius intus saliendum se inpalaverit, non requiratur cuius sepe est; et si ab infra foris salierit, tunc cuius sepe invenitur esse, eum componat, et damnum, si intra ipsa clausura fecerit, componatur ei cuius clausùra est.

CCCV. Si quis fossatum circa campum suum fecerit, et caballus aut alter [3]) peculium ibidem ceciderit, aut homo periclitaverit, non requiratur ab ipso cuius fossatum esse invenitur, quia pro salvationem campi sui fecit, nam non dolore [4]) tractavit. Et si eum occulte cooperuit, damnum si factum fuerit, componatur ab ipso qui occulte fecit.

CCCVI. Si quis in puteum alterius ceciderit, et mortuus aut debilitatus fuerit, non requiratur cuius puteus est aquae communis omnium utilitatum invenitur esse.

CCCVII. Si quis alii arma sua simpliciter prestiterit, et ille qui acceperit aliquid mali cum ipsa fecerit, non reputetur ei [5]) culpa qui prestitit, sed ei qui malum cum ea penetravit, et contrario si ille qui eam praestit consensum ad malum faciendum habuit, collega sit illi ad ipsum malum faciendum [6]).

CCCVIII. Si quis sua auctoritate arma alterius tollere presumpserit, et malum cum eam fecerit, non sit culpa cuius arma est, sed illi qui malum cum ea fecerit.

CCCVIIII. Si qua fera ab homine plagata fuerit, et in ipsum furorem hominem occiderit, aut

---

[1]) Vesme N. C. n. 237 « **qui sepem ipsam**) » *Ab his verbis desinit lacuna Codicis Cavensis, de qua locuti sumus ad caput CCXLVII* ».

[2]) Il Troya alla pag. 301 dell' op. cit. riprende la pubblicazione del testo Cavense col N. CCCIIII, mentre per sopperire al difetto del nostro Codice avendo stampato il testo Muratoriano era giunto già al N. CCCVIII. – Prima però di rimettersi in via, scandolezzato forse del **bismine** e **lesiones** della legge 303, scrive fra parentesi: « riferirò l' ultime parole della legge 303 com' elle sono pessimamente svisate nel Codice di Cava ».

[3]) Tr. ib. pag. 301 dopo la parola **alter** scrive fra parentesi (**quodlibet**).

[4]) Id. ib. dopo la parola **dolore** fra parentesi scrive (**dolose**).

[5]) Id. ib. pag. 302 invece di **reputetur ei culpa**, siccome ha il Cod. Cav., stampa **reputetur in culpa**.

[6]) Vesme N. C. n. c. dice erroneo il **faciendum** del nostro Codice : « *Cav. mendose* **faciendum** ».

quodlibet damnum fecerit, Tunc ipsum qui plagavit, ipsum homicidium aut damnum componat, sub ea videlicet observatione, ut tamdium iudicetur, aut intellegatur culpa esse venatoris, quamdium ea secutus fuerit, aut canis ipsius; nam si ipsam feram postposuerit, Et se ab ea tornaverit [1]) posteaque fera ipsa damnum fecerit, non requiratur ab eo qui plagavit aut incitavit.

CCCX. Si in pedica aut in taliola [2]) fera tenta fuerit, et in homine aut in peculium damnum fecerit, componat qui pedicam misit.

CCCXI. Si quis super feram ab alio plagatam aut in taliola tentam, aut a canibus circundatam, inter suum postponens volens eam lucrare super ipsam se emiserit, et ab ipsa plagatus aut occisus fuerit, non requiratur hab eo qui feram plagavit aut incitavit, set [3]) suae culpe et audacie reputet, quod cum auctoritate lucrandi animo se super eam misit.

CCCXII. Si quis feram ab alio vulneratam aut in taliolata tentam [4]), aut a canibus circundatam invenerit, aut in fossa mortuam, aut ipse occiderit, et salvaverit, et bono animo manifestavit, licet eum de ipsa fera tollere dextrum armum cum septem costis.

CCCXIII. Si quis feram ab alio plagatam aut in fossam mortuam invenerit, et celaverit, componat solidos VI illi qui eam plagavit.

CCCXIIII. Si cervus aut quelibet fera ab alio homine sagittata fuerit, tamdiu illius esse intellegatur qui eam sagitavit, usque ad aliam talem horam diei aut noctis, idest XXIV, quot ea postposuit, et se ab ea tornabit. Nam qui ea post transactas praedictas horas invenerit, non sit culpabilis, set habeat eam sibi ipsam feram.

CCCXV. Si quis cervum domesticum qui tempore suo rugire solet, fralaverit, componat domino eius solidos XII; nam si furaverit, in attigild reddat sibe [5]) componat.

[1]) Tr. ib. pag. 304 Nota 300) « **Tornaverit.** Ecco una parola che suol registrarsi nel novero delle « più antiche nell' odierno linguaggio d' Italia ».

[2]) Id. ib. Nota 301) « **Taliola.** Qui dice il Muratori: *Adhuc in usu est Italicae linguae* **la tagliola,** *et* « *apud nos,* **menare alla tagliuola,** *proverbialis forma* ».

[3]) Tr. ib. pag. 305 invece di **set** (sed) **suae culpae,** come ha il Cod. Cav., stampa **se suae culpae.**

[4]) Id. ib. invece di **aut in taliolata tentam,** come ha il Cod. Cav., stampa **aut in taliola latentam.** Ed il Vesme N. C. n. 328 puranche nota che il Cod. Cav. in luogo di **tenta** scrive **latentem:** « **tenta)** *Cav.* **latentem** ».

[5]) Tr. ib. pag. 306 dopo **reddat sibe** scrive fra parentesi (**sibi**) **componat.** Pare che il **sibe** avrebbe dovuto emendarsi col **sive** piuttosto che col **sibi**; infatti il Vesme N. C. n. 328 nota : « **reddat)** *Cav.* **reddat sive componat** ».

CCCXVI. Si quis cervum domesticum alienum qui non rugit, instricaverit, componat solidos VI; nam si eum furaverit, in attigild reddat.

CCCXVII. Si quis acceptorem, gruem, aut cicinum domesticum alienum instricaverit, sit culpabilis solidorum VI, nam si hoc furaverit, reddat in actigild.

CCCXVIII. Si quis apiculare vas cum apibus furaverit, unum aut plures, componat solidos XII.

CCCXVIIII. Si quis de arbore signato in silva alterius apes tulerit, componat solidos VI, nam signatum non fuerit, tunc qui invenerit, iurae natura habeat sibi, excepto ingagio [1]) regis, et si contigerit dominus, cuius silva est, supervenire, tollat sibi ipso mel et amplius culpa non requiratur.

CCCXX. Si quis de silva alterius acceptores tulerit, excepto gagio regis, habeat sibi, nam dominus silvae supervenerit, tollat acceptores, et amplius culpa adversus eum non requiratur, et hoc iuvemus. Si quis de gagio regis tulerit, sit culpabilis solidorum XII.

CCCXXI. Si quis de arbore signa [2]) in silva alterius acceptores tulerit de nido, componat solidos VI.

CCCXXII. Si quis canes alienos clamaverit, aut incitaverit et damnum fecerit in homine aut in peculio, non reputetur illi culpa cuius canes sunt, sed ei qui incitabit.

[3]) Si peccatis iminentibus homo rabiosus aut demoniosus factus fuerit, et damnum fecerit, in homine aut in peculio, non requiratur ab heredibus; et si ipse occisus fuerit, simili modo non requiratur, tantum est, ut sine culpa non occidatur.

Si canis aut caballus, aut quolibet peculium rabiosus fuerit et damnum fecerit, in homine aut in peculio, non requiratur a domino, et qui ipsum occiderit, simili modo non requiratur [4]) ut supra.

---

[1]) Tr. ib. pag. 307 Nota 303): « il **gagio** non era se non il bosco presso i Longobardi; e tal voce « dura tuttora in molte città d'Italia. Nel Modenese, per attestato del Muratori, un tal vocabolo allar« gossi a dinotar i campi e le ville: *quibus*, e'dice, *nomen* **Gazzo**, **Gaggio**; *quod ibi, ut arbitror, olim* « *foret* **Gajum**, *sive* **Gagium** *Regis*.

[2]) Tr. ib. pag. 308 dopo la parola **signa** scrive fra parentesi (**signata**).

[3]) Questa legge e le tre seguenti nel nostro Codice mancano del loro numero, cioè CCCXXIII. CCCXXIIII. CCCXXV. e CCCXXVI. — Il signor di Vesme N. C. n. 329 lo avverte: « *In Cav. huic et* « *proximis tribus capitibus nullus adscribitur numerus.* » Il Troya però non ne fa motto.

[4]) Troya ib. pag. 309 **non requirat** per **non requiratur**.

Si cuiuscumque quadrupedia in homine aut in peculio damnum fecerit, ipse componat damnum cuius fuerit peculium.

Si caballus cum pede, si bos cum cornu, si porcus cum dentem hominem instricaverit, aut si canis momorderit, excepto ut supra, si rabiosus fuerit, ipse componat homicidium, cuius animal fuerit, cessante in hoc capitulo faida idest inimicitia, quia muta res fecit, nam non homini studium.

CCCXXVII. Si quis praestitum aut conductum caballum aut bovem, aut canem, aut quolibet animal habuerit, et, dum non in ipso beneficio aut conductura est, damnum fecerit, non requiratur proprio domino, sed illi qui praestitum post se habuit, ipse homicidium aut damnum componat.

CCCXXVIII. Si animalis alienum animalem occiderit aut instrigaberit [1]), idest si bos vobem, aut quolibet peculium, tunc dominus qui animalem suum instricatum invenerit, aut forsitam iam marcidum, aut minuatum, iuvemus, ut consignet ipsum instricatum illi cuius animal ipsum instricabit, et ipse ei restituat consimilem, qualis in illa die fuit, quando damnatus est, ut recipiat ab ipso cuius animal hoc fecit.

CCCXXVIIII. Si quis canem furaverit, sibi nonum reddat.

CCCXXX. Si quis se vindicando occiderit canem alienum, idest cum spata aut virga aut cum qualibet arma manu tenendo, non ei requiratur, tantum est, ut ipsa virga talis inveniatur esse, ut mediocri spata; nam si post ipsum iactaberit [2]) et eum occiderit, reddat ferquido, idest similem.

CCCXXXI. Si quis canem alienum nocte aut in die damnum facientem in casa sua invenerit, si eum occiderit, non requiratur; et si occisus non fuerit, damnum quod fecerit, dominus eius reddat [3]).

CCCXXXII. Si quis percusserit bacca alienam pregnantem et abortum fecerit, componat tremisse I; et si mortua fuerit, reddat eam, qualiter appretiata fuerit simul et pecus.

---

[1]) Tr. ib. pag. 310 **instigaberit**; Vesme N. C. n. 330: « *Cav. et Ma.* **intricaverit**: il Cod. Cav. per altro ha **instrigaberit**.

[2]) Tr. ib. **tractaberit**; Vesme N. C. n. c. « **jactaverit**) *Cav.* **tractaberit** »; il nostro Codice ha **iactaberit** e non **tractaberit**.

[3]) Tr. ib. **damnum quod fecerit dominus eius reddat**; il Cod. Cav. ha **damnum quod fecerit dominus eius non reddat ei.**

CCCXXXIII. Si quis percusserit aequam [1]) praegnantem et abortum fecerit, componat solidum I; et si mortua fuerit reddat ea, simul et pecus, ut supra.

CCCXXXIIII. Si quis percusserit ancilla alienam gravidam et abortum fecerit, componat solidos III. Si autem ex ipsa percussura mortua fuerit, componat eam simul et quod in utero eius mortuum fuerit.

CCCXXXV. Si lupus animal alienum occiderit, et aliquis eum nasciente domino excoriaberit et celaverit, et proditor inventus fuerit, componat solidos XII.

CCCXXXVI. Si in flumine animal mortuum fuerit, aut ubicumque et ab alio homine cuius non fuit, excoriatus fuerit, componat solidos XII.

CCCXXXVII. Si quis caballo alieno aurem aut oculum excusserit, aut aliquam lesionem corporis sui fecerit, recipiat ipsum qui lesus factus est, et reddat ferquido, idest similem.

CCCXXXVIII. Si quis caballi alieni cauda cappelaverit, idest setas tantum, componat solidos VI.

CCCXXXVIIII. Si quis caballum alienum plagaverit, aut aliquam lesionem fecerit, Tunc dominus illius caballi retradat caballum ipsum illi homini qui ei lesionem fecit, ut ipse eum sanet; et dum ipsum sanare potuerit, det illi caballum suum proprium, qualiter usque suam faciat utilitatem. Et si caballus qui lesus fuerit, ad pristinam sanitatem redierit, reddat ipsum proprio domino. Si autem ex ipsa lesione mortuus fuerit, reddat alium similem. Et si contigerit, ut ipse caballus, qui locu pigneris positus est mori, tunc satisfaciat ille qui eum pigneratum habuit, si pulsatus fuerit, quia per illius neglectum mortuus fuit, et postea nulla sit retitio [2]).

CCCXL. Si quis caballos alienos ascenderit, et infra vicinium tantum caballicaverit, idest per ipsum vicum, componat solidos II; nam si in itera caballicare praesumserit, et dominum non rogogaverit, in actigild reddat.

---

[1]) Id. ib. pag. 311 **aequam (equam)**. Il signor Giovanni Merkel nell'Arch. Stor. Ital. Appendice N. 15 pag. 701 loda la lezione **comp. sol. unum** adottata dal Vesme, ch'è pure quella del Cod. Cav.: « L. 338 (il Merkel siegue la numerazione Muratoriana, ma tanto nel Vesme, seconda edizione, che nel « Cod. Cav. il N. di questa legge è 333). **Si quis percusserit equam praegnantem comp. sol. unum**, « secondo molti Codici va meglio che l'altra lezione **sol. III**. Benchè mi sia noto essere stati in tanto « pregio i cavalli nei secoli ottavo e nono, che un solo si dava per pagare poderi larghissimi, tut« tavia mi pare troppo che la serva abbia avuto la stessa estimazione e valore del cavallo; e perciò « preferisco la lezione del signor di Vesme sopra accennata, che è pure fondata sui manoscritti ».

[2]) Tr. ib. pag. 312 dopo la voce **retitio** scrive tra parentesi (**repetitio**).

CCCXLI. Si quis caballum alienum adprehenderit, ipsumque diffiguraverit, aut circinaverit furtim, pena sit culpabilis, idest in actigild sibi nonum reddat.

CCCXLII. Si quis caballum alienum aut quodlibet peculium credens suum praenderit, et dominus proprius eum cognoverit, calumniamque generare voluerit [1]), ita decernimus, út praebeat sacramentum ille qui eum tenuit, quia nec astu, nec aliqua causa faciente eum praendisset et sit exsolutus a culpa furti, reddat caballum proprio domino illesum. Si autem non praesumpserit iurare, reddat in actigild, quia postquam cognovit quod suus non fuit, mox debuit proprio domino innotescere. Nam si eum postquam cognovit quod suus non fuit, ascenderit, sit culpabilis, ut supra, solidorum II.

CCCXLIII. Si quis caballum alienum aut quodlibet peculium damnum facientem invenerit, ipsumque in curte incluserit, et non venerit certus dominus qui eum cognoscat, tunc ille qui eum in damnum invenit, ducat eum ad iudicem qui in loco ordinatus est, aut certe ante aecclesia in conventus usque ad quartam aut in quintam vicem, et omnibus innotescat preconia voce, quia caballum inveni et nescio cuius sit; et si nec invenerit qui eum cognoscat, iuvemus, ut ille qui eum invenit, caballicet et custodiat tamquam suum proprium. Et si mortuus fuerit, signa de ipso corio conservet, ut cum venerit certus dominus, habeat quod ei ostendat; nam si ista neglexerit, et inventus fuerit, sibi nonum reddat. Et si istam cautelam observaverit, sit exsolutus a calumnia [2]).

CCCXLIIII. Si quis caballos aut armenta asto animo in messem alienam aut in prato vel in quolibet damno miserit, componat per caput solidum I, excepto damnum, sicut arbitratum fuerit et loci consuetudo est. Sic tamen, si pastor non praesumpserit iurare quod asto animo non misisset, et si iuraverit, sit exsolutus a culpa, tantum damnum componat.

CCCXLV. Si quis porcos aut pecora asto animo in damno alterius miserit, et non ausus fuerit se edoniare [3]), componat solidum I, excepto damnum.

CCCXLVI. Si quis peculium de damno ad clausuram minaverit, et ille cuius peculium est, ei ante antesteterit, componat solidum I, excepto damnum, ut arbitratum fuerit; et si in curtem per-

---

[1]) Troya ib. Nota 310) **calumniamque generare voluerit**. Sembra, che in tutto il corso dell' Editto le parole di **calumnia** e di **calumniare** altro non vogliano dire se non ricorrere in giudizio, ed intentare un' azione legale.

[2]) Tr. ib. pag. 313 **sit absolutus calumnia** invece di **sit exsolutus a calumnia**. Vesme N. C. n. 332 dice che il Cod. Cav. omette l' a : « **a calumnia**) *Cav. omittit* **a** ».

[3]) Tr. ib. pag. 316 Nota 319) per errore tipografico stampata prima della legge 345 a cui appartiene

minaverit, Tunc ille cuius peculium est, roget eum, ut reddatur ei; sic tamen, ut det pignus per ultimum valentem siliquas tres [1]), aut certe fideiussorem sub tali titulo, ut damnum quod arbitratum fuerit, componat, aut fabulam quae inter vicinos est. Et si pignus accipere noluerit, et unam noctem peculium apud se retinuerit, Componat solidum I. Et si ille cuius peculium est, tenens duritiam cordis, et eum dispexerit liberare, Tunc habeat eum ille qui in damnum invenit, novem noctes aqua tantum ei det. Et de damno in hoc sibi sit contentus, eo quod novem noctes ipsum peculium tenuit; et si ex ipsis peculiis aliquod mortuum fuerit, neglegentie suae reputet qui de pignerare neglexit, nec eum postea calumnietur.

CCCXLVII. Si hominem iterantem caballus aut quodlibet peculium secutus fuerit, et ille qui eum sequitur, in ligamen aut in clausuram eum miserit, ipse eum faciat, sicut supra constitutum est. Et veniente proprio domino, restituat; nam si sequere ceperit et se de via tornaverit, nulla sit culpa illi, quem sequere cepit.

---

ne: « **Edoniare**. Così anche scrive il testo Cavense, non **idoniare** nella legge 1. (?) di Rotari. Ed il Glossario Cavense: « **Edoniare**, *idest liberare, seu defendere, vel firmare*. Il Matritense: **Edoniare**, *idest absolvere*.

[1]) Tr. ib. pag. 317 Nota 320 « **Siliquas tres**. Sul valor della **siliqua**, i Glossari Cavense e Matritense « accordansi con Santo Isidoro, dicendo che questa era la vigesima parte del soldo ». Il signor di Vesme (Lettera al signor Giovanni Merkel citata di sopra pag. 574)... « sotto i Longobardi il *soldo* cor« rispondeva a franchi 14.277, e perciò il triente o tremisse a franchi 4.759. La **siliqua** ossia la vige« sima quarta parte del soldo, il valore della quale verrebbe ad essere di soli franchi 0,597, non era « per certo una moneta d'oro, ma o d'argento o forse nome di valore, non di moneta ». Monsignor Liverani (Ducato di Chiusi cap. XVI. pag. 101): « Il soldo d'oro longobardo era una moneta convenzio« nale, rappresentata da tre tremissi stellati. I Longobardi battevano oro, i Franchi argento, e raro « è il rame presso ambedue le nazioni. Non si possono attribuire a quel secolo le idee d'oggi ed in« ferire che l'uso dell'oro sia indizio di agiatezza, e il suo corso uniforme nei paesi circostanti, un « cenno di commercio vasto e dilatato. Quando sono ricordati soldi nell'epoca longobarda, è sempre « da intendere per soldi d'oro; e a Chiusi, Massa Marittima, Toscanella e Sovana dal 750 all'88 sono « ricordati già coll'aggiunto di oro *inadpretiato-obridi-acus persanti, bonus numero affinitum*, cioè « di copella, fine, di peso ec. — Il tremisse d'oro era la moneta che correva all'epoca longobarda, « dando la misura del valore del soldo che era una moneta ideale e convenzionale; ed incontrano « contrattazioni fatte a quattro tremissi, cioè un soldo e un terzo ».

CCCXLVIII. Si quis ab alio homine rogatus fuerit caballum aut quodlibet peculium querere signaque ei dictaverit, et ille forsitan qui rogatus est caballum alienum, aut quodlibet peculium per errorem preserit [1]), si venerit proprius dominus et calumnia generare voluerit, ita prospeximus, ut ille qui eum per errorem tenuit, praebeat sacramentum, quia credidit ipsum suum esse, unde rogatus fuerat, tunc reddat caballum et amplius non calumnietur, si eum male tractaverit; et si non invenerit proprium dominum, reddat eum illi de quo ipsum tulit, et ipse iterum iuxta legem, sicut supra decretum est, conservet.

CCCXLVIIII. De porcis si in esca [2]) alterius paverint [3]), Si minus de decem, non occidatur, nec unus ex ipsis, sed ille qui eos invenerit, teneat unum ex ipsis, et habeat salvum, et componatur ei per porcum siliquas III; nam si superfuerit de decem et usque ad decem, occidat unum mediocrem, et si minus fuerit de decem et occiderit, reddat ferquido.

CCCL. Si quis in pratum porcos fossas facientes invenerit, unum aut plures, occidat unus tantum et non requiratur.

CCCLI. Si quis verrem alienum furaverit, componat solidos XII. Ipse dicitur sonorpair [4]), quia omnes verres in gregem battit et vincet, tamen in uno grege, quamvis multitudo porcorum fuerit, et unus computetur sonorpair. Nam si norgres [5]) fuerit de XXX capitibus, non repu-

---

[1]) Troya ib. pag. 317 **presterit** per **preserit**.

[2]) Vesme N. C. n. 333 avverte che la rubrica di questa legge nel nostro Codice è unita col testo : « *Rubricam Cav. cum textu conjunctam habet hoc modo*: **De porcis si in esca....** »

[3]) Troya ib. pag. 318 stampa **paraverint** invece di **paverint** come ha il Cod. Cav.; e poi dopo la parola **paraverint** tra parentesi scrive: (**paverint et inventi fuerint**. *Murat.*) — Il Vesme N. C. n. c. nota che nel Cav. si dica **et inventi fuerent** : « *in Cav.* **et inventi fuerent** »; ma per verità queste parole non si leggono nel Codice Cavense.

[4]) Tr. ib. Nota 325) « **Sonorpair**. Rotari nel suo testo ci dà la diffinizione piena ed intera di questa « voce germanica del *battitore* o del *vincitore*. Un eroe adunque, un vincitore tra' longobardi si chia- « mava **sonorpair**? Così par che suonino le parole del Re. Il Glossario Cavense ed il Matritense ripe- « tono la spiegazione di lui : **Sonor Phair**, *idest verrem qui alios verres in grege vincit*. **Sonorfair**, « *idest qui alios verres in grege battet* ».

[5]) Tr. ib. stampa invece di **si norgres fuerit**, come ha erroneamente il nostro Codice: **si non gres fuerit**. Il Vesme poi N. C. n. c. dice che il Cod. Cav. in luogo di **si minor** ha **sinor**, e tace della parola **gres** « *Pro* **si minor** *Cav.* **sinor**; continua poi: « *Pro* **de fuerit** *Cav.* **fuerit de XXX capitibus**. » Pare che dovrebbe leggersi il Cav. così: **si minor gres** *(grex)* **fuerit de XXX capitibus**.

tetur sonorpair, nisi XXX aut superfuerint. Et si in damnum ipse sonorpair occisus fuerit, aut similem, aut melius, ipse qui occiderit, restituat, et damnum ei componatur; nam si alii verres aut si porci furati fuerint, in actigild reddat.

DE PORCARIO BATTUTO.

CCCLII. Si quis porcarium de homine libero baptiderit ipsum qui de curte ipsius exiit, nam non de casa massarii, componat solidos XX; tantum est, ut porcarius ipse feritam prius non faciat aut scandalum non committat; nam si fecerit plagas aut feritas, arbitrentur et componantur.

CCCLIII. Si duo porcarii inter se battiderint, aut scandalum fecerint et plagas aut feritas, componat per legem, nam alia culpa non requiratur.

CCCLIIII. Si quis campum alienum araverit, sciens non suum, aut sementem aspergere presumpserit, perdat operas et fruges, et ille qui campum ipsum suum probaverit, habeat fruges.

CCCLV. Si quis exaraverit campum alienum seminatum, et suum non potuerit facere, alias tantas fruges quas devastavit, proprio domino reddat, et pro incauta presumptione componat solidos VI.

CCCLVI. Si quis pratum alienum secaverit, aut exaraverit, et fenum reddat et pro inlicita praesumptione componat solidos VI.

CCCLVII. Si quis campum alienum astu cum peculio suo deleverit, et spicam in manibus evellerit, componat solidos VI.

CCCLVIII. Nulli sit licentiam iterantibus erbam negare, excepto pratum intactu tempore suo, aut messem post fenum, aut fruges collectas, tantum vindicet cuius terra est, quantum clausura sua potest defendere; nam si caballos iter facientibus de stuplis, aut de ipsis pascuis ubi alia peculia pascent, movere praesumpserit, in actigild ipsos caballos componat, pro eo quod ipsos de arb campo quod est fonsacar [1]), movere praesumpserit.

---

[1]) Troya ib. pag. 320 e 321 Nota 329) « **Arb campo quod est fonsacar movere presumpserit.** La « somma barbarie del Codice Cavense non mi avrebbe forse fatto intendere quel che da Rotari si co« manda nella presente legge. Congiungerolla quindi, quasi a foggia d'un' interpretazione, col testo del « Muratori: *Nulli sit licentia iterantibus herbam negare, excepto prato intacto, tempore suo aut messe.* « *Post foenum autem aut fruges collectas, tantum fruges vindicet is, cujus terra est, quantum cum* « *clausura sua potest defendere. Nam si quis caballos iter facientes de stipula, aut de ipsis pascuis,* « *ubi alia pecora pascuntur, movere presumpserit, in* **octogild** *caballos componat, pro eo quod ipsos* « *de* **arvo campo**, *quod est* **fossinagar**, *movere presumpserit.* S' ascolti ora la spiegazione d' alcune

CCCLVIIII. Si qualiscumque causa inter homines liberos evenerit, et sacramentum dandum fuerit, si usque ad xx solidos fuerit causa ipsa aut amplius, ad evangelia sancta iuret cum XII aidos suos [1]), idest sacramentales, ita ut sex illi nominetur ab illo qui pulsat, et septimus sit ille qui pulsatur, et quinque, quales voluerint, liberos, ut sit XII, quod autem minor causa fuerit de xx solidis usque ad XII [2]), sibi sextus iuret ad arma sacrata, et tres nomine [3]) qui pulsat, et duos liberos sibi eligat, qui pulsatur, et sextus sit ipse; et si minor fuerit causa de XII solidis, sibi tertius iuret ad arma, unum ei nomine, et alium sibi quaerat et tertium sit ipse.

CCCLX. Si quis alii wadiam et fideiussorem de sacramento dederit, omnia quae per wadiam obligavit, adimpleat, et ille qui pulsat [4]) et wadiam suscepit, proximiores sacramentales qui na-

---

« parole contenute in questa legge. **De stipula**. Così dicevano i latini; ma Rotari per avventura scrisse « **de stupla** o **de stuplis**, come nel Vesmiano e nel Cavense; avendo lo stesso Muratori confessato nelle « note: *servat adhuc Italica Lingua vocem* **stoppia** *pro* **stipula**. Indi scrive il Muratori: **De arvo campo.** *Veteres* **arvum** *dixere campum, qui nec aratus, nec satus erat.* **Quod est Fossinagar**: cioè l'**arvo** « per l'appunto nell'idioma Longobardo. Incredibile varietà di lezioni s' incontra pel **Fossinagar**. Il « Glossario Cavense: **Fus Nachar**, *idest* **arvo campo stuppla**. Il Matritense **Furnaccar**, *idest campo « non clauso*. **Stupla**, *idest restutio* (la nostra *ristoppia*?). Il Groziano **Fornacca** : *campus arvus*. **Forn « sulcus** ».

[1]) Troya ib. pag. 322 alle parole **ad evangelia sancta iuret cum duodecim aidos suos**, fa una lunghissima nota 330) di ben 9 pagine, in fine della quale a pag. 331 scrive: « Ma si torni a' *Sagramentali;* cioè, a coloro, i quali nel Codice Vercellese, Vesmiano e nel Cavense appellansi **Aidoni** o **Aidori**. « Questa è la lezione vera; e per questa si raccomanda il mio Cavense all' indulgenza dei leggitori, « poichè nel testo Muratoriano sparisce la voce **Aidi**, rilegata in una nota; e vi si vede sostituita la « insignificante di **Alii**. Così parimenti scrissero il Georgish ed il Canciani. Nel Glossario Cavense il « punto si ferma nella seguente maniera: **Aydones**, *idest Sacramentales legitimos*, **Aidi** adunque voleva dir *Sagramentali* nell' antico linguaggio Longobardo.

[2]) Tr. ib. stampa **causa fuerit de XX soli ad XII**. Il Vesme N. C. n. 334 dice che il Cod. Cav. manca della parola **usque** : « **usque**) *deest in Cav.* » Il Cod. Cav. per altro ha **causa fuerit de XX soli usque ad XII**.

[3]) Il Vesme dice che il Cod. Cav, ha **et tres homine**: « **tres ei nominit**) *Cav.* **et tres homine**; il Cavense ha **et tres nomine**.

[4]) Troya ib. pag. 332 stampa **qui pulsat ad**, e poi tra parentesi scrive (**et**); mentre il Cod. Cav. ha **et** e non mica **ad**. E per questo **et**, che Egli legge **ad**, nella nota 332) inveisce contro il copista del

scendi sunt, debeat nominari; tantum est, excepto illi qui gravem inimicitiam cum ipso quem pulsat commissam habet, idest, si ei plagam fecit, aut in morte consensit, aut res suas alii thingavit, ipse non potest esse sacramentales, quamvis proximus sit, eo quod inimicus, aut extraneus videtur esse.

CCCLXI. Si quis alii pro ipso quacumque causa wadiam [1]) aut fideiussore de sacramento dederit det ei spatium usque ad duodecim noctes ad ipsum sacramentum dandum, et si forsitan propter egritudinem aut aliam causam supervenientem in praedicto constituto non potuerit iurare, suspendatur causa usque ad XII alias noctes; et si nec tunc compleverint, et totum unum annum voluntariae dilataverit, et sacramentum non dederit, tunc rem ipsa unde agitur, amittat, et ille acquirat, qui wadiam suscepit, et e contrario, si ille qui wadiam suscepit, dilataverit sacramentum audire, et annum totum protraxerit, post transitum anni spatium, nulla in posterum habeat fecundiam de ipsa re loquendi, sed ille qui paratus fuit sacramentum dare, firmiter possideat.

CCCLXII. Si post sacramentum iudicatum [2]) aliquis moriatur, si contigerit hominem post datum fideiussore de sacramento, et sacramentales nominatos mori, et filios dimiserit, posteaque ille qui causam querit, pulsaverit filios dicendo, quia quicquid pater per wadiam dedit et fideiussorem obligavit, fili complere debeant, Tunc necesse est filiis, quamvis virtutem minorem habeat in patre, aut per [3]) sacramentum negare quod pater eorum non promisisset, aut certe quod pater eorum spopondit, adimpleant. Et si aliquis de ipsis sacramentalibus mortuus fuerit, potestatem habeat ille qui pulsat in locum mortui alium similem nominare de proximis legitimis, aut de natis, aut de gamahalos, idest confabulati [4]); sed si dixerit quod sacramentum

---

Cod. Cav. : « Il copista Cavense guastò il senso intero, mettendo **ad** invece dell' **et**, che sta nel testo « Muratoriano. Ma quì credo migliore d'ogni altro il testo Vercellese del Vesme, che è questo : **Et** « **ille qui pulsat, et ille qui pulsatur et wadia suscepit, proximiores sacramentales qui nascendo** « **sunt deveat nominare** ».

1) Troya op. cit. pag. 332 **vuadiam** per **wadiam**.

2) Id. ib. pag. 333 **indicatum** per **iudicatum**.

3) Tr. ib. scrive **aut qui**, mentre il Cod. Cav. ha **aut per**; e pure il Vesme N. C. n. 335 nota che il copista del Cod. Cav. invece di **aut per** scrive **aut qui**: « **aut per)** *Cav.* **aut qui** ».

4) Troya ib. **de gemahalos velut confabulati**; ed anche il Vesme N. C. n. c. dice che il Cod. **Cav.** in luogo di **id est** ha **vel**: « *Tum pro* **id est** *Cav.* **vel**. Il Cod. Cav. però non ha nè **velut** nè **vel**, ma sibbene **idest**: **de gamahalos idest confabulati**. In quanto poi alla voce **Gamahalos** Troya nella nota 337)

ruptum fuisset, praebeat sacramentum qui negat, si ausus fuerit, quia neque patri, neque ipsius sacramentum ruptum fuisset, et postea iuret, sicut supra constitutum est.

CCCLXIII. Tunc intelligitur sacramentum esse ruptum, quando in presenti sacrosancta evangelia aut arma sacrata ipse qui pulsatur, cum sacramentalibus suis coniuncxerint, et non ausus fuerit iurare, et si ipse aut aliquis de sacramentalibus ipsius se subtraxerit, tunc intellegatur sacramentum ruptum esse.

CCCLXIIII. Si pro quacumque culpa homo pulsatus fuerit ab alio, et negaverit, liceat eum se edoniare saecundum legem et qualitatem causae. Si autem manifestaverit se fecisset, componat saecundum quomodo in hoc aeditum legitur, nam nulli liceat postquam manifestaverit, postea per sacramentum negare quod non sit culpabilis, postquam se ipse culpabilem adsignavit, quia multos cognovimus in regno nostro, tales pravas opponentes intentiones, haec nos moverunt presentem corrigere legem, et ad meliorem statum revocaret.

CCCLXV. Si quis post mortem patris filium debitor appellaverit, quod pater eius ei debitor fuisset, et filius negaverit, ita decernimus, ut praebeat sacramentum saecundum qualitate pecuniae unde pulsatur, quod pater ipsius ei debitor non fuisset, aut per pugnam defendat, si potuerit.

CCCLXVI. Si aliqua inter creditorem, et debitorem, atque fideiussorem surrexerit intentio, et dixerit creditor, quia in tali pretextu wadiam suscepit, et fideiussor negaverit, non est causam fideiussori sacramentum praeberi, nisi debitor singulus satisfaciat ad evangelia, aut arma quae [1]) in tali capitulo nec wadiam dedi nec fideiussore posui.

CCCLXVII. Omnes waregang [2]), qui de exteris finibus in regni nostri finibus advenerint, seque

---

pag. 334 dice: « **Gamahalos**. Quì anche varie sono le lezioni. Muratori, Georgish e Canciani hanno **Gamalibus**. Il Glossario Cavense ed il Matritense **Gahamalos, et Gamaalos, idest coufabulatos** (*seu*) « **confabulatos**. Quelli, cioè, nati da giuste nozze, celebrate con una *favola*, ovvero con una scrittura.

[1]) Tr. ib. pag. 336 stampa **que** e poi fra parentesi (**quia**). Il Vesme puranche N. C. n. 336 scrive che il Cav. ha **que** per **quia**: « **quia**) *Cav.* **que** ». Il Cod. Cav. peraltro ha **quae** non **que**.

[2]) Il Troya nella Nota 342) della pag. 336 ritiene buona questa lezione del Cod. Cav. perchè concordante coi testi Muratoriano e Vesmiano. Spiegando poi la parola **vuaregang**, dice: « i Guargangi « essere gli stranieri di qualunque sorta, i quali venivansi a mettere sotto la protezione del Re Lon« gobardo. Il Glossario Cavense ripete i medesimi detti di Rotari; ed il Matritense li compendia in « una sola e vera parola: **Evaregang**, *idest advena* ».

sub scuto potestatis nostrae subdiderint, legibus langobardorum vivere debeant, nisi si aliquam legem a pietate nostra meruerint, si filios legitimos habuerint, heredes eorum existant, sicut et filii langobardorum. Si filios legitimos non habuerint, non sit illi potestas absque iussione regis res suas cuicumque thingare, aut per quodlibet titulum alienare.

CCCLXVIII. Nullus camphio praesumat, quando ad pugnandum contra alium vadit, quod ad maleficia pertinet super se habere, nec alias tales similes res, nisi [1]) tantum arma sua quae convenit, et suspicio fuerit quod occulte habeat, inquiratur a iudice; et si inventa super eum fuerit, evellantur et iactentur, et post istas inquisitiones tendat manum ipse camphio in manu parentis, aut conliberti sui, ante iudicem satisfaciens dicat, quod nullam talem rem quod ad maleficia pertinet, super se habeat, tunc vadat ad certamen.

CCCLXVIIII. Omnes vero causae regales quae ad manus regis pertinent [2]), unde compositio expectatur, aut culpa queritur, dupliciter saecundum antiquam consuetudinem componantur, excepto mundium de libera, aut morbd, aut alia que similes sunt, unde DCCCC solidi indicantur, quas in suum rigore constituimus permanere, reliquae omnes, ut praediximus, in duplum exigantur.

CCCLXX. Si servus regis morth [3]) fecerit, ita decrevimus, componat ipsam personam, sicut appretiatus fuerit, et servus ipse super fossam ipsius mortui appendatur, et in eum vindictam detur, et sit causa finita.

CCCLXXI. De aliis vero causis unde liberi, aut servi aliorum hominum DCCCC solidorum fiunt culpabiles, idest de muliere libera, si via antesteterit, aut iniuriam fecerit, seu de grege equarum aut porcorum pigneratos, vel reliqua quae similia sunt, unde et praefati sumus nongenti solidi queruntur, de qua supra in hoc edicto constituimus, servus regis si fecerit, animae suae incurrat periculum, et DCCCC solidi non requirantur a curte regis.

CCCLXXII. Si servus regis furtum fecerit, reddat in actigild, et non sit fecangit.

---

[1]) Troya op. cit. pag. 342 omette la parola **nisi** che si legge nel nostro Codice, e stampa: **similes res tantum arma sua** invece di **similes res nisi tantum arma sua**.

[2]) Tr. ib. pag. 348: **Omnes vero cause regales quo ad manu regis pertinet** per **Omnes vero causae regales quae ad manus regis pertinent**.

[3]) Id. ib. pag. 348 **Mortih** per **Morth**. Nella nota poi 349 dice: « **Morith**, o **mort**, o **mòrbd**; cioè l'omicidio ».

CCCLXXIII. Si servus overus fecerit aut wegorent [1]) seu maraworen [2]) aut quamlibet alia culpa minorem fecerit, ita componat, sicut aliquorum exercitalium quae supra decreta sunt.

CCCLXXIIII. Si quis sculdahis aut actorem regis occiderit utilitatem regi facientem, appretietur pro libero homines, sicut in hoc edicto legitur, et parentibus legitimis componat, excepto in curte regis, componat qui eum occiderit solidos octoginta, et si battutus fuerit aut ligatus, similiter componat pro libero homine, aut saecundum nationem suam, sicut in hoc edicto constitutum est, excepto in curte regis pro culpa solidos octoaginta.

CCCLXXV. Si gastaldius aut quicumque actor regis post susceptas aut commissas ad gubernandum curtes vel causas [3]) regias aliquid per gairethinx idest donationem ab alio quocumque factam conquisierit, sit illi stabile, si per preceptionem indulgentiae regis in eum fuerit confirmata, alioquin quicquid, ut predictum est, susceptam administrationem per gairethinx adquisierit, hoc totum regi adquirat, et non suo proprio vindicet nomini nec illi nec heredes ipsius.

CCCLXXVI. Nullus praesumat aldiam aut ancillam alienam quasi strigam, que vulgo dicitur masca, occidere, quod christianis mentibus nullatenus credendum est, nec possibile est, ut mulier hominem vivum intrinsecus possit concedere. Si quis vero talem inlicitam aut nefandam rem penetrare praesumpserit, si aldia occiderit, componat pro statu eius solidos LX et insuper addat pro culpa solidos C, medietatem regi et medietatem cuius aldia fuerit. Si autem ancilla fuerit, componat pro statum eius, sicut supra constitutum est. Si ministeriali aut rusticana fuerit, insuper pro culpa componat solidos LX, medietatem regi et medietatem cuius ancilla fuerit. Si vero iudex hoc opus malum penetrare iusserit, ipse de suo proprio penam suprascriptam componat.

---

[1]) Id. ib. pag. 350 Nota 352) « **Vuegorent**. Infinita è la varietà delle lezioni di questa parola, che « lo stesso copista del Codice Cavense nella Rubrica della legge 26 di Rotari scrivea **Vechorin**. Il « Glossario Cavense; **Vegoren**, *idest minorem culpam*, senza dir quale. Il Matritense **Ewecwort**, *idest* « *orbitario, qui mulieri via ante posuerit* ».

[2]) Troya ib. e pure Vesme N. C. n. 337 **martauvorent** per **maraworent**. « In questa parola, dice « il Troya nella citata nota 352), è la stessa varietà di lezioni. Credo senza più che accenni ad essa « il Cavense; **Maragohris Mardhugorisin** ; *idest quodlibet minorem causam*. Il Matritense la spiega : « **Maragvort**, *idest qui hominem liberum de cavallo in terram iactaverit* ».

[3]) Dopo la parola **causas** il Troya op. cit. pag. 353 scrive fra parentesi (**casas**).

CCCLXXVII. Si quis homini libero unum oculum habentem ipsum excusserit, duas partes pretii ipsius quod appraetiatus fuerit, ac si eum occidisset, componat; si autem aldio aut servo alieno unum oculum habentem ipsum excusserit, componat eum pro mortuo.

CCCLXXVIII. Si mulier libera in scandalum cucurrerit, ubi viri litigant, si plagam au feritam factam habuerit, aut occisa, appraetietur secundum nobilitatem suam, et sic componatur, tamquam si in fratrem ipsius mulieris perpetratum fuisset; nam alia culpa pro iniuria sua non requiratur, unde DCCCC solidi iudicantur, eo quod ipse ad litem cucurrit, quod inhonestum est mulieribus hoc facere, ad litem cucurrere.

CCCLXXVIIII. Si quis cassinam [1]), aut tectum alienum foris curtem, ubi vir non habitant, dum intentio fuerit, de terra disturbaverit, aut in terra iactaverit et terra, sicut lex habet, convincere non potuerit, restauret ipsam cassinam, et componat aliam talem subcestimationem praetii; nam si casas hubi habitatur, exturvaverit, componat, sicut in hoc edicto legitur, haritrahib [2]) solidos DCCCC.

CCLXXX. Si quis peculium suum de clausura alterius tulerit occulte, et non rogaverit, componat curtis ruptura, idest solidos XX.

CCCLXXXI. Si quis alium arga [3]) per furorem clamaverit, et negare non potuerit, et dixerit quod

---

[1]) Troya ib. pag. 357 Nota 360). « Il Glossario Cavense **Cassinam,** *idest Casella.* Muratori nelle no- « te: **Cassina** *hic sumitur pro tecto, sub quo pabulantur boves et pecora; quod vocabulum apud Ita-* « *los adhuc viget* ».

[2]) Tr. ib. Nota 361) « **Haritraib solidos d.c.c.c.c.** Quì v'ha gran varietà ne' testi quanto alla sostan- « za stessa della cosa. Il testo Vesmiano ha: **componat sicut in hoc Edictum legitur aratraibus.** Ciò « non si capirebbe da sè (*sic*). Muratori legge: **componat sicut in hoc edicto legitur, aratratb, id est** « **sibi tertium.** Ciò non si capisce gran fatto; ma si capisce perfettamente il testo Cavense, in cui **l'A-** « **ritraib** non è che l' equivalente di novecento soldi. E che questa non sia una delle storpiature sì « frequenti del copista del Codice Cavense, lo dimostra il Glossario, che v' è soggiunto : **Aritraibus,** « **idest solidos nungentos** ».

[3]) Muratori Legge LXXXIV Nota 83) Milano 1725. « **Arga** *a Boherio cucurbitam significare dicitur:* « *alii, et rectius, inertem ac inutilem.* **Moccicone** *Tusci appellant. Alii Itali aliter pro more ac dia-* « *lecto suae regionis..... Vetustissimus Codex Estensis vetustam Glossam adfert:* **Cenitum, idest Ar-** « **ga.** *Amplector sententiam, in quam descenderant iam pridem Gostaldus et Wendelinus, explicantes* « **Cenitum hominem nihili** : *quod idem* **Arga** *significat* ».

per furorem dixisset, Tunc juratus dicat quod eum arga non cognovisset, posteam componat pro ipso iniurioso sermone solidos XII. Et si perseveraverit, convincat eum per pugnam si potuerit, aut certe componat, ut supra.

CCCLXXXII. Si quis hominem liberum inpigerit, ut cadat, componat solidos VI. Sic tamen, si alteram lesionem in corpore eius non fecerit. Si autem eum inpigerit et non ceciderit, componat solidos III.

CCCLXXXIII. Si quis hominem liberum subito surgentem in rixa per barbas aut capillos traxerit, componat solidos VI. Si aldium aut ministeriale, seu servo rusticanos per barbas aut capillos traxerit, componat pro una ferita.

CCCLXXXIIII. Si quis homini libero brachium super cubitum, hoc est morith [1]), ruperit, componat solidos XX. Si autem subtus cubitum quod est trino, componat solidos XVI. Si coxa ruperit super genuculum, hoc est lagi, componat solidos XX. Si subtus genuculum quod est tibia, componat solidos XVI. Si vero simus aut clodus factus fuerit, componat, sicut in hoc edicto legitur, quartam partem.

CCCLXXXV. Si mundium de puella libera parente mortuo ad curtem regis ceciderit, et pater, vel frater dimiserit, in quantum portionem patri vel fratri heres successerit, ita et debitum persolvat simili modo, et si naturales filii fuerint. [2])

---

[1]) Il Glossario Cavense dà le medesime interpretazioni: **Morith**, *idest super cubitum*. **Trino**, *idest « subtus cubitum*. **Lagi**, *idest supra genuculum* ».

[2]) Questa legge 385 finisce al quinto rigo del foglio 68 *verso*, e poi nello spazio di 0,14 è rappresentata una figura di Re incoronato che siede a mensa. Il Vesme tanto nelle Prefazione che nelle N. C. dice essere l' immagine di Grimoaldo quella figura di Re seduto a mensa: « *folium e superstitibus « 696 incipit cum Rotharis capitulo CCCLXXXV; post hoc pictura, regem exhibens Grimoaldum co- « rona redimitum. Mensae cultrum et ferculam superposita tradit Pertzius; forte sunt ensis, et lan- « ces seu trutina, justitiae symbola. Servus unus, eodem Pertzio teste, ferculum, alter poculum prin- « cipi porrigit* ». *Edicta Regum Lang. Praef. pag. XXXIV*. « *Codex Cavensis* (*in quo extremo Edicti « Rotharis et principium Edicti Grimowaldi ordine perturbata sunt*) *hoc loco inserit effigiem Gri- « mowaldi regis* ». N. C. n. 339. Il Bluhme poi crede che possa quella figura rappresentare tanto Rotari che Grimoaldo. « *Sub finis Edicti confusione laborat* (*Cod. Cav.*) *nam folio 78 iterum regis « cuiusdam pictura proponitur ad coenam sedentis; quam sequitur fol. 79* **Confirmatio Legis qui su- « pra Rothari regis** (*i. e. Roth. 386 adeo ut ad Rotharenem Grimualdumque pariter imago trahi*

CCCLXXXVI. CONFIRMATIO LEGIS QUI SUPRA ROTHARI REGIS [1]).

Praesentem vero dispositionis nostrae edictum, quae deo proprio cum summo studio et summis vigiliis ac caelesti fabore perstitit, inquirentes et rememorantes antiquas leges patrum nostrorum, quae scriptae non erat, condidicimus [2]), et pro communi omniumque gentis nostrae utilitatibus expediunt, pari consilio, parique consensum, cum primatibus iudicibus, cunctoque felicissimo exsercitu nostro augentes constituimus, et in hoc membranu scribere iussimus, pertractantes et sub hoc tamen capitulo reservantes, ut quod adhuc, annuente divina clementia, subtile inquisitione de antiquas leges langobardorum, tam per nosmetipsos quam per antiquos homines memorare potuerit, in hoc aedictum subiungere debeamus addentes

---

« *posse videatur* ». M. H. G. Legum Tom. IV. Praef. pag. XXX 5). Veggasi il seguente fac-simile da cui parrà ben chiaro che si tratta di un banchetto e non di arme o simboli di giustizia. Questa figura, comechè poco pregevole per la parte artistica, ritengo che meriti attenzione pe' costumi ed usi del tempo in che fu miniata sul nostro Codice, e forse ancora riprodotta da esemplare più antico e più regolare.

[1]) Sotto la figura del regio banchetto, e propriamente in piè di pagina dello stesso folio 68, *verso*, e non già in principio del foglio seguente, come scrive il Bluhme, dopo il N. CCCLXXXVI si legge **Confirmatio legis qui supra Rothari regis** tutto in colore rosso. Il Vesme N. C. n. c. avverte che dopo la figura alla legge 186 è preposta la rubrica **Confirmatio........regis**; e nella Pref. l. c. con più precisione ancora dice: *in ima eadem pagina legitur*: **CCCLXXXVI Confirmatio..... regis**; *tum sequens pagina incipit*. **Presentem vero dispositionis nostrae edictum etc.** ». Il Troya op. cit. pag. 362, senza fare alcun motto della figura del Re longobardo a mensa, nella Nota 366) parla della rubrica scritta sotto di essa. « CCCLXXXVI. Questa che nel Codice di Cava è la legge 386 dell' Editto di Rotari non « è numerata nel testo Muratoriano, e vi sta in luogo di un Appendice o clausola finale. *Coronidis loco* « *ad finem sui Edicti Rotharis apposuit*. . . . Il titolo Cavense di questa legge, cioè di **Confirmatio le-** « **gis**, etc. è più conveniente alla natura delle cose ivi contenute. Il testo Vesmiano s' accorda col Ca- « vense in quanto al numero 386 della presente legge; ma va privo del titolo ossia della rubrica, **Con-** « **firmatio**, etc. ».

[2]) Troya ib. pag. 363 Nota 369) « La parola **condidicimus** può essere uno de' soliti errori del copi- « sta nel Codice di Cava; ma può essere anche la vera parola usata nell' *Originale* di Rotari, posta « in luogo di **condidimus** de' testi Muratoriano e Vesmiano. Il **condidicimus** del Cavense potrebbe ri- « ferirsi agli studi fatti *per rimemorare* ed *investigare* le *cadarfrede* antiche longobarde (*rememo-* « *rantes et inquirentes*) ».

Si mundium de puella libera potestatem mor-
ario ad curtem regis ceciderit. & post. ut fr-
dimissa fuerit. In qua manu impositionem potest ut fili
heres sui esse fuerit. laxa & de brachio soluta
simili modo. & si nec aequales filii fuerint;



CCCLXXVI. Constitutio legis. qui
supra post hac regis

D. Maurus Schiani O.S.B. f.

Richter e C. Napoli.

quin etiam per gairethinx, saecundum ritum gentis nostrae confirmantes, ut sit haec lex firma et stabilis, quatinus nostris felicissimis et futuris temporibus firmiter inviolabiliter ab omnibus nostris subiectis custodiatur.

EXPLICIT LEGEM QUOD DOMNUS ROTHARUS REX RENOVAVIT CUM PRIMATOS IUDICES SUOS [1]).

I. Si quis hominem nolendo occiderit.
II. Ut causa finita non revolvantur.
III. De servo qui XXX annos servivit.
IIII. De XXX annorum libertate.
V. De culpa servorum.
VI. De XXX annorum possessione.
VII. De successione nepotum.
VIII. De uxoribus dimittendis.
VIIII. De crimen uxoris.

---

[1]) Il Troya riprende la pubblicazione delle leggi di Liutprando alla pag. 297 dello stesso Tomo III dell' op. cit. » e dopo il Prologo **de anno octabo**, che dice « fortunatamente nel testo Cavense meno scorretto del testo Vesmiano, in quanto alla lingua, » nella seguente pag. 298 stampa « sei nuove Leggi di Liutprando nell' Anno 720 Marzo I. (Dal testo Cavense). » Siccome poi nella Nota 1) appena tocca della confusione prodotta nel nostro Codice dall'essersi preposte le leggi dell'anno nono a quelle dell' anno ottavo, perchè se ne abbia una notizia esatta riportiamo la lunga Nota del Vesme N. C. n. 352 e 353. « *Sed hic notandum, in codicibus Cavensi et Matritensi, in Liutprandi Edicto ex eo-* « *dem, quamvis remoto, fonte derivatis, capitula XVIIII-XXVIII voluminis quarti (ipsum scilicet* « *volumen, excepto epilogo et addititio capitulo XXVIIII) capitibus tertii voluminis praeponi; qui* « *error ex ipso archetypo ortus videri potest, unde hi codd. derivati sunt, in quo universum Liut-* « *prandi Edictum ex singulorum annorum Edictis consarcinatum , prologus autem et capitula* « *(XVIIII-XXVIII) anni noni bibliopegae oscintatia ante Edictum anni octavi (XV-XVIII) consuta* « *fuerint. Sed cum errorem inscriptiones et prologi indicarent, in Ma., inscriptione et prologo anni* « *VIII omissis, capitula XVIIII-XXVIII priore quidem loco descripta sunt, sed retenta rubrica et* « *prologo anni VIIII; capitula vero anni VIII, cum jam media fierent inter Edictum anni VIIII et* « *Edictum anni XI, amanuensis anno X tribuit, prologo omisso. Sed in his non substitit Cav., in eo* « *enim non modo capita posterioris Edicti primo quidem loco posita sunt, sed retenta inscriptione et* « *prologo anni VIII; verum etiam capitibus quae apud nos sunt XXV-XXVIII, in eo vero codice XXI-* « *XXIIII, ne mentio quam repererat anni VIIII interiret, hanc anni (in textu, non item in indice)* « *notam praefecit, et spurium prologum e parte genuini prologi de anno VIIII consarcinatum ; de-* « *mum, servato ipso prologo anni VIIII, sed anni et indictionis numero mutato, eum anno decimo* « *aptavit, et subjecit capitula nostra XV-XVIII. Sed haec errori amanuensis seu compactoris tribu-* « *enda esse, neque Edictum anni VIII in duo dividendum, ut in Cav. factum est, ipse Codex Cav.* « *demonstrat, in quo, ut in reliquis Codd.*, **quartum, quintum et sextum** *volumen in prologis eadem* « *appellantur quae apud nos, quae secus* **quintum sextum et septimum** *futura essent. Praeterea u-* « *triusque Codicis ordini repugnat et ceterorum omnium auctoritas, et ipsorum codicum testimo-* « *nium, in quibus ipsis Volumen III, et speciatim eiusdem caput II, tribuitur anno VIII et indictioni* « *III (in cap. II anni VIII et in prologo anni VIIII). Volumen IIII autem, et nominatim caput no-* « *strum XXIIII, indictioni IIII, id est anno VIIII (in epilogo ejusdem anni): ut ordo quem hi codices*

Modo vero ego in dei omnipotentis nomine excellentissimus liudprand rex felicissime gentis langobardorum, Anno deo propitio regni mei octavo Kalendarum martiarum, indictione tertia, una cum inlustribus viris optimatibus meis neustrie, austrie et de Tuscie partibus, vel universis nobilibus langobardis, dum singula que anterioribus titulis huius aedicti leguntur, studiose hac subtiliter pertractassemus, Assistente omni populo presentes, segues [1]) sermo monstraverit, addere, elucidare, sive statuere previdimus leges.

XVI. [2]) Hoc perspeximus, ut intra decem et octo annis non sit legitimus homo res suas alienando, excepto si pater eius debitum dimiserit, habeat potestatem una cum notitia principis terrae ipsius, Tantum de rebus suis dandum, quantum ipse debitus fuerit, ut ei maior damnietas propter honorem solidorum non accrescat, et ipse princeps qui pro tempore fuerit, propter deum et animae suae mercedem dirigat personam deum timentem de sua presentia, qui hoc ipsum opus sapienter consideret, ut ad ipsum infantulum aliqua damnietas contra

---

« *exhibent cum indubia voliminum et annorum serie, quin et cum suo ipsorum testimonio, conve-* « *nire nullo modo possit.* » — E di questa confusione nelle leggi di Liutprando fatta in questo luogo dal copista del Cod. Cav. il Vesme tratta puranche nella sua Lettera al Prof. Merkel l. c. pag. 565 — Siccome però dice presso a poco quello che si legge nella Nota, che abbiamo riportata, perciò ce ne passeremo, e soltanto trascriveremo le poche parole di replica al prelodato Prof. Merkel, il quale nel suo Articolo inserito nell'Arch. Stor. Ital. Appendice N. 15 scriveva: « Il Codice della Cava, « come lo descrive il Pertz, in parte segue un ordine diverso, presentandoci le leggi dell'anno ottavo, « aumentate di un'altra legge inedita, e d' un prologo ed epilogo proprio sotto l' anno decimo, e divi- « dendo i capitoli dell'anno nono in due parti; . . . » Al che il Sig. di Vesme: « Non vi ha nel Caven- « se alcun epilogo inedito; e quello che il Pertz tolse per un epilogo ai Capitoli del Volume IV, non è « che la prima parte del prologo del Volume V, che nel Cavense è diviso in due brani, essendo in « mezzo interposta la rubrica **De anno nono** (così; ma nel prologo stesso e nell'indice: — *bene* **unde-** « **cimo**) *Prologus*; come meglio vedrassi....—»

[1]) Troya op. cit. pag. 298 prima della parola erronea **segues** stampa **quas** e dopo di detta parola (**sequens**).

[2]) Fedeli al nostro compito di pubblicare il Testo Cavense siccome sta scritto nel nostro Codice, non faremo innovazione di sorta alcuna, paghi di aver fatto notare il disordine che si avverte in questo luogo. Soltanto segneremo in piè di pagina a quale volume ed anno dell'Edizione Vesmiana corrisponde la nostra legge.

rationem aut per neglegentia minime perveniat. Et in nonodecimo anno sit homini Langobardo legitima etas, et quocumque fecerit vel iudicaverit de rebus suis, stabile ordine debeat permanere. Et hoc statuimus adque definibimus, ut si cuicumque ante ipsos x et VIII annos evenerit egritudo et se viderit a mortis periculum tendere, habeat licentia de rebus suis pro anima sua in sanctis locis causa pietatis vel in sinodochio iudicare quod voluerit, et quod iudicaverit, pro anima sua stabile permaneat [1].

XVI. [2] Si quis liber homo se defendendum liberum hominem occiderit [3], et si probatum fuerit quod se defendendum [4] ipsum homine occidisset, sic componat, sicut in anteriore aedicto continet, quod gloriosissimus rothari rex facere visus est. Nam super alterum si ambulaverit, et si eum pro quacumque causa occiserit, omnem substantiam suam amittat, et habeant eam heredes ipsius qui occisus est. In hoc ordine ita sane, ut si minus fuerit ipsa substantiam homicidae quam anterior compositio erat, nisi si tantum, Tunc et res ipsas perdat ipse homicida, et persona eius tradatur a propinquos defuncti [5]. Nam sì amplius habuerit ipso homicida substantiam, quam ipsa compositio anterior erat, Amittat omnes res suas et accipiat heredes ipsius qui hoccisus est, in antea tantum quantum compositio antiqua fuit, et quod superfuerit, medietatem habeat curtis regia, et medietatem heredes defuncti, et ipse homicida animam suam liberet.

XVII. [6] Si servus cum voluntate domini sui liberum hominem occiserit, et probatum fuerit, Tunc ipse dominus et in omnes res suas amittat in eo ordine, sicut supra adnexum est. Et si dominus eius negaverit, quod per ipsius consilium factum non fuisset, purificet se ad legem dei et componat ipsum mortuum, sicut antea fuit consuetudo, et insuper ipsum servum tradat in manus parentibus defuncti.

XVIII. [7] Si qua mulier res suas, consentiente viro suo, aut communiter venumdare voluerit, ipse

---

[1]) Questa legge è la I del Vol. IV **de Anno Nono** (*Kalendis martiis, anno DCCXXI*) del Vesme, ed il suo N. è XVIIII.

[2]) Questa è la II del Vol. IV del Vesme numerata XX.

[3]) Di fianco al primo rigo di questa legge sta scritta la Chiosa: **Roth. cap. XIIII et in cap. CXLIII.**

[4]) Troya op. cit. pag. 301 **se defendum** per **se defendendum.**

[5]) Id ib. **tradetur apud propinquos defuncti** per **tradatur a propinquos defuncti.**

[6]) Legge III del Vol. IV del Vesme numerata XXI.

[7]) Legge IIII del Vol. IV del Vesme numerata XXII.

qui hemere vult, faciant notitiam ad duos vel tres parentes ipsius mulieris qui propinquiores sunt [1]); et si in presentia de ipsis parentibus suis mulier illa violentias aliquas se dixerit pati, non sit stabile quod vendiderunt. Nam si in presentia ipsorum parentum suorum vel iudicis qui in locum fuerit, violentiam se pati non reclamaverit, nisi voluntate sua ipsas res se dixerit venumdare, tunc ab illo die omni tempore quod vendiderit, stabile debeat permanere. Ita tamen, ut ipsi parentes qui interfuerint, aut iudex in cartulam ipsam manum ponant. Et si contingerint casus, ut ille maritus moriatur [2]) et ad alium ambulaverit, stabilem permanet ipsa venditio. Scriba autem qui cartulam ipsam scripserit, non aliter presumat scribere nisi cum notitia parentum aut iudicis, sicut supradictum est; et si aliter fecerit, sit ipsa venditio vacua, et prefatus scriba sit culpabilis, sicut qui cartulam falsam scribit.

XVIIII. [3]) Si quis servum suum [4]) vel ancillam in ecclesia circa altarem amodo liberum vel liberam dimiserit, sic ei maneat libertas, sicut illis qui fulfreald in quarta manus traditus et hamud factus est. Nam qui aldionem facere voluerit, non cum ducat in ecclesiam, nisi in alio modo facias, qualiter voluerit, sive per cartulam, seum qualiter ei placuerit.

XX. [5]) Si mulier libera servum tulerit [6]) et parentes eius intra anni spatium in ea vindictam dare neglexerit, sicut in anteriore edicto continet, tunc quandocumque post ipsum anni spatium inventa fuerit, sit ancilla palatii, et ipse servus similiter ad publicum replicetur [7]), Ac filii qui ex eis nati fuerint, curtis regiae omnino deserviant. Nam si parentes ipsius mulieris, vel dominus servis compleberint intra suprascriptum annis spatium, quod anteriore edictu continet, sic permaneat.

De anno nono. Incipit prologus.

---

[1]) Troya op. cit. pag. 304 Nota 11) « **Ad duos vel tres parentes ipsius mulieris qui proprinquiores** « **sunt.** Ecco l' origine in Italia di quelli, che si chiamano *consigli di famiglia*, ristretti al solo uopo « di tutelar la debolezza delle donne. »

[2]) Id. ib. **Et si contigerit ut** - per - **Et si contigerint casus ut.**

[3]) Legge V del Vol. VI del Vesme numerata XXIII.

[4]) Di fronte ai primi versi di questa legge nel margine laterale del Codice si trova scritto: **In cap. LVII et in cap. XCXIIII, et in cap. LXXVII.**

[5]) Legge VI del Vol. IV del Vesme numerata XXIIII.

[6]) Al margine del nostro Codice Cav. sta scritto: **Roth. cap. VIII et CXLIII.**

[7]) Troya ib pag. 305 Nota 13) « **Ad publicum.** Cioè al patrimonio del Re ».

Ego in dei onnipotentis nomine liudprand excellentissimus deo dilecte et catholice gentis langobardorum rex, Anno regni mei, deo propitio, nono, indictione quarta, adhaerere previdimus leges [1]).

XXI. [2]) Si quis causam habuerit et sculdhais suo dixerit, et ipse sculdahis ei iustitiam intra quattuor dies faceret, neglexerit, Si ambo causatore de ipso sculdahi sunt, Tunc componat ei causam suam, unde reclamavit ipse sculdahis, solidos VI, et iudici suo similiter solidos sex. Et si forsitan ille super quem reclamavit, infirmus est, aut pro utilitate sua in alia civitate esse dinoscitur, expectet eum, donec revertatur aut de infirmitate sua convalescat. Et cum regressus fuerit aut de infirmitate cum convaluerit, si infra statutos quattuor dies minime eum ad iustitiam faciendam distrinxerit, componat ipse sculdhais, sicut iamdictum est, ei cuius causam fuerit, solidos VI. Si vero talis causa fuerit quod ipse sculdahis deliberare minime possit, distringat ambe partes ad iudice suo veniendum; et si iudex ipse causam ipsam dilataveri intra sex dies, et inter eos per legem non iudicaverit, componat illi qui reclamavit, solidos XV. Et si nec iudex ipse deliberare non potuerit[3]), distringat intra XII dies spatium ambas partes in presentia regi. Nam si aliter fecerit ipse iudex et intra XII dies, ut dictum est, iustitiam suam non iudicaverit, qui clavit[4]), componat ei ipse iudex solidos XII et regi suo solidos XX.

XXII. [5]) Si homines de sub uno iudice de duobus tamen sculdahis causam habuerit, Ille qui pulsat vadat cum misso aut cum epistola de suo sculdahis ad illum alium de sub quem ipse est, cum quo causam habet; et si ei intra quattuor dies minime iustitiam fecerit, componat ei ipse sculdahis qui distringere neglexerit, ei qui reclamavit, solidos sex et iudici suo solidos sex.

---

[1]) Il Troya continua a pag. 319 op. cit. la stampa delle Leggi di Liutprando colle intitolazioni: « Cinque altre Leggi di Liutprando Re. Anno 721 Marzo 1 (dal Codice Cavense) »; e dopo il prologo **Ego in dei... leges** nella pagina seguente prima delle dette cinque leggi scrive una lunga Nota, nella quale si studia di trovare una ragione nel disordine che regna in questo luogo nel Codice Cavense. Noi, rispettando sempre la sua opinione, non ci allontaneremo dall' Editto del Sig. di Vesme, il quale nelle N. C. n. 357 dimanda spurio il breve prologo del Cod. Cav. = **Ego Deo omnipotentis.... leges** = : « *consarcinatum e genuinis prologis anni VIII et VIIII* ».

[2]) Legge VII del Vol. IV del Vesme numerata XXV.

[3]) Vesme N. C. n. 358 : « **Et si nec judex . . . non potuerit**) *Ita Verc. et Cav., quem duplicis negationis usum et habuit Graeca et etiamnum servat Itala lingua* ».

[4]) Troya ib. pag. 321 dopo la voce **clavit** stampa fra parentesi (**proclamavit**).

[5]) Legge VIII del Vol. IV del Vesme numerata XXVI.

Et si talis causa fuerit que deliberare non possit, distringat eos intra sex dies ad iudicem suum secundum anteriore capitulum. Nam, si qualiter in superiore capitulo constitutum est, et sive sculdahis sive iudex non in omnibus compleverint, componat, qualiter supra adfixum est, illi qui causam suam reclamavit, solidos sex, ad iudici suo solidos sex, et iudex componat ei cuius causam neglexerit, solidos XII et regi solidos XXI.

XXIII. [1]) Si quis in alia civitate causa habuerit, similiter vadat cum epistola de iudice suo ad iudice qui in loco est, et si iudex ei iustitiam intra octo dies minime faciendum distrinxerit aut non compleverit, componat illi qui de causa sua reclamavit, solidos XX et regi alios XX; et si tales causa fuerit que deliberare minime possit, ponat constitutum, ut distringat hominem illum de sub sua iudicalia intra duodecim dies spatium ad presentia regis ambulandum. Nam si aliter fecerit et disgere [2]) neglexerit, componat, sicut supra dictum est, solidos XL, et medietatem regis et medietatem eis qui causam sua reclamavit

XXIIII. [3]) Si quis causa habuerit et sculdahis aut iudex eis secundum edicti tinore et per legem iudicaverit, et ipse stare in eodem iudicio minime voluerit, componat illi qui iudicavit, solidos XX. Nam de ea causa que per arbitrium iudicata fuerit, et ipse sibi non crediderit, legem iudicasset et ad regem reclamaverit, non sit culpavilis, et si iudex contra legem iudicaverit, componat solidos XL, medietatem regi et medietatem cui causa fuit. Et si forsitan iudex causa per arbitrium iudicaverit, et iudicium eius rectum comparuerit, non sit culpabilis, nisi prebeat sacramentum regis, quod non iniquo animo aut corruptus a premium causa ipsa non iudicasset, nisi ei legem comparuisset, et sit absolutus. Nam si iurare non presumpserit, componat, ut supra dictum est.

XXV. [4]) Et hoc statuimus atque censuimus, ut si de suprascriptis capitulis quos modo adiunximus, qualescumque causae antea emerserunt, aut facte sunt, in eo ordine finiantur et maneant, sicut anterior fuit constitutio, vel qualibet in antiquo edicto corpore continentur; que vero amodo idest a die isto kalendarum martiarum indictione V e venerit vel fierit, contigerit, sic terminentur vel finem accipiant, sicut presenti pagina nuc statuere visi sumus, exceptro

---

[1]) Legge VIIII del Vol. IV del Vesme numerata XXVII.

[2]) Troya ib. pag. 322 dopo la voce **disgere** stampa fra parentesi (**dirigere**).

[3]) Legge X del Vol. IV del Vesme numerata XXVIII.

[4]) Questa legge, che nel nostro Codice ha il Num. XXV, nel Vesme non ha numero, ma è l'Epilogo del Vol. IV delle Leggi di Liutprando **de anno VIIII**.

de muliere libera que servum tulit, et secundum anteriorem aedictum condennatam non est, ubicumque inventam fuerit, sit ancilla palatii et fili eius servi regis.

EXPLICIT CAPITULUM DE ANNO PRIMO [1]) INCIPIT PROLOGUS DE ANNO DECIMO. [2])

Ego in dei omnipotentis nomine liudprandus excellentissimus, Deo dilecto et catholice gentis langobardarum rex, Reminiscor, quoniam iam in superiore edicti corpore adicere curavimus, licet in parvo tamen in voluminibus tribus, Idest in primo, in quinto et in octavo regni nostri anno, Idest undecima et XV et tertia, ea que recta et secundum deum tranquilla nobis comparuerunt. Nunc autem annos regni nostri, deo protegente, decimo, die kalendarum martiarum, indictione quinta, pertractantes [3]) omnia et recurrentes antiquiores aedicta capitula, una cum iudicibus et reliquis langobardis fidelibus nostris, Iterantes in quarto volumine supplere atque augere previdimus, que nobis iuxta deo recta comparuerunt.

XXV. [4]) Quicumque homo sub regni nostri dicione cuicumque amodo wadia dederit et fideiussorem posuerit presentia duorum vel triu testium, quorum fides amittitur, in omnibus complere debeat. Et si distulerit et pigneratus fuerit, in his rebus quibus licitum est pignerandi, nulla calumnia que pigneraverit, patiatur. Nam qui sine hac manifestatione pignerare presumpserit, iuvemus, ut in duplum pignus restituat. Si vero inter creditorem et devitorem et fideiussorem orta fuerit intentio, qualiter in anteriore edicto legitur, a gloriosissimo rothari regem instituto, per sacramentum determinetur. Nam si in presentia duorum vel trium testium stipulatio ipsa facta fuerit eorum testimonio, ut sacramentum inter dandis et recipiendis minime preveniat, credatur, et si debuerint ipsi testes testimonium suum firmare nobis, vel qui in tempore princeps fuerit vel iudici firmare debeant, et si homines inter non fuerit, quando wadia datur, quicumque fideiussorem pigneraveri, componat, sicut supra legitur.

XXVI. [5]) Si quis mutuaverit solidum cuicumque homini per cautione, si intra quinque annos cre-

---

[1]) Troya ib. pag. 324 Nota 8) « **Anno primo.** Il Copista dormiva certamente, quando egli poneva il « *primo* anno di Liutprando pel *nono* ».

[2]) Il Troya continua la sua edizione delle Leggi Liutprandee a pag. 331 dell' op. cit., e nella Nota 1) parla nuovamente in difesa della confusione fatta dal Copista del Cod. Cav. Nella pagina seguente poi dopo il prologo stampa le « Nuove Leggi di Liutprando Re. Anno 722 Marzo I (dal Cod. Cav.) ».

[3]) Tr. ib. **pertractante** invece di **pertractantes**.

[4]) Il Num. XXV è ripetuto nel nostro Codice. — Questa legge è la I del Vol. III del Vesme numerata XV.

[5]) Questa legge è la II del Vol. III del Vesme numerata XVI.

ditur [1]) non habuerit unde solvere, renovetur cautio ipsa usque ad annos decem. Et si intra annos decem pulsatus fuerit, et non reddiderit, et dilataverit usque ad XX annos, et fuerit pulsatus aut per principem aut per iudicem civitatis [2]), et probatum fuerit, ipsa cautio devitor et heredes eius persolvant. Nam si nec cautio fuerit intra decem annos bis renovata, nec per principem vel iudicem ostensa, sibe manifestata usque ad XX annos, Iuvemus, ut creditur postmodum taceat et nulla habeat facundia devitorem suum requirendum, excepto si ei captivitas evenerit. De cautionibus autem, que usque modo in presente indictione IIII [3]) facte sunt intra V annos istos advenientes, Iuvemus, ut renoventur aut exequantur devitos. Nam si distulerit intra V annos devitor suo pulsare, aut cautione renovare, aut debitum exigendi neglexerit, non habeat postmodum facundia ipsum devitum requirendum. De his autem cautionibus que amodo facte fuerint, sic finiant, sicut supra premisimus et statuimus.

XXVII. [4]) Si frater fratrem suum in peccatis occiderit, quamquam et anterior edictus [5]) contineat aut proximi parentes homicide, succedant quod nos proximos fratres appellamus. Si frater relictus fuerit, in res homicide fratrer succedat. Ita ut secundum qualitate persone de ipsa substantia homicide, si ille qui occisus est, filios non relinquerint, compositione dare debeant. Reliqua autem quod fuerit, sibi habeat. Et si pecunia ipsius homicide in tantum fuerit subestimatione, quantum ipsa compositio est, aut forte minus, habeant filii ipsius qui occisus est. Quod si non reliquerit fratrem unum vel plures hi qui occisus est, quanto iamcumque [6]) sit substantia homicide, filii eius qui occisus est, in ea succedere debeant. Quod si non habuerit filios proximi, succedant ei parentes per grados; quod si nec parentes fuerit, quod ei legitime

---

[1]) Troya op. cit. pag. 333 dopo la parola **creditur** scrive fra parentesi (**creditor**) —Il Vesme N. C. n. 354: « **creditor**) *Cav. a prima manu, Epor.* **creditur**. »

[2]) Vesme l. c. « **judicem civitatis**). *Ex quo arguas* **judices** *vocari duces, gastaldios, comites, quibus « nempe integra civitas subjiciebatur; uti e converso sculdahis pagis praepositi fuere, nec nobiliore « judicum appellatione comprehensi.* »

[3]) Id. ib.: « **tertia**) *Ita, plenis litteris, non modo Verc. et Epor. sed etiam Ma.; Cav. autem IIII « quamvis in utroque hoc Codice capita ista ad annum Liutprandi decimum, seu ad indictionem quin- « tam, referantur.* »

[4]) Questa legge è la III del Vol. III del Vesme numerata XVII.

[5]) Troya. op. cit. pag. 334 **edictis** per **edictus**.

[6]) Id. ib. **quantolamcumque** per **quanto iamcumque**.

succedere possint, succedant ei curtis regia, de anima autem homicide illius sit in potestate regis, sicut in anteriore aedicto legitur.

XXVIII. [1]) Si quis negotio peragendum, vel qualecumque artificum intra provincia vel extra provincia ambulaverit, et in tertio annos regressus non fuerit, et si forsitans infirmitates ei emerserit, faciat scire per iudice aut per missum suum. Nam si hoc distulerit mandare, si filios relinquerit, habeat res ipsius in suo iure; et si cuicumque post transacto [2]) constituto cautionem de rebus patris sui fecerit, stabilem permaneat, et devita patris aut sua persolvat. Et si ipse postea regressus fuerit, Iuvemus, ut nec a filiis suis recipiatur, nec res suas in potestatem habeat; quod si filius ipsius sine notitia vel iussione regis eum recolligere presumpserit omnes res ipsius, et patris, et matris, substantia ad curtem regiam revolvatur; et si filios non habuerit et habuerit fratres, ipsi res eius habeant; [3]) et si nec fratres habuerit, habeant proximi parentes; et si nec parentes proximi inventi fuerint qui legitime succedere possint, Post predictos [4]) tres annos curtis regia succedat. Quod si habuerit uxorem et intra suprascripto constituto, hoc est tertio annos, minime regressus fuerit, veniat ipsa ad palatium regi qui in tempore fuerit, qualiter ei ipse maritandi licentiam dederit, aut causa ipsius ordinaverit vel tractaverit, ita facere debeat. Nam sine permissum regis non presumat maritum ducere; et si post tres annos inventi fuerint, potestatem habeat rex de eis iudicare, qualiter voluerit.

XXVIIII. [5]) Si qua mulier res suas vendere voluerit, non absconse nisi in presentia principis

---

1) Questa legge è la IV del Vol. III del Vesme numerata XVIII.

2) Troya op. cit. pag. 335 **transacta** per **transacto**.

3) Le parole **fratres ipsi res eius habeant** nel nostro Codice sono alquanto cancellate. Ed il Vesme nelle N. C. n. 355 dice che le dette parole *si omissa sunt in Cav.; errore orto e recurrente voce* **habuerint.** »

4) Questa parola nel nostro Codice non era **praedictos** ma **predictores**; quantunque la sillaba **re** sembra che fosse stata rasa.

5) Il Vesme N. C. n. c. dice: « *Post hoc caput in utroque Codice Cav. et Ma. immediate sequitur « quod apud nos, et in ipsis codicibus, est cap. XXVIIII.* » — Questo Cap. XXVIIII del nostro Codice corrisponde dal principio fino alle parole — **cartula falsa scripsit sicut supra** — alla legge XI del Vol. IV del Vesme numerata pur essa XXVIIII. Dalle parole poi — **Quum quidem superius** — sino a **curavimus** corrisponde al Prologo del Vol. V del testo Vesmiano, senza la rubrica **De anno nono Incipit Prologus**, che il copista del Codice Cavense scrive prima delle parole **Ego in dei omnipotentis nomine** etc. Anche nella citata lettera al Merkel il sig. di Vesme si occupa di questa legge XXIX di Liut-

aut iudicis vel sculdahis, seu duo aut tres parentes suos secum habeant. Et sic iudicem roget, quia res meas volo vendere, et sic parentes in ipsa venditionem manum ponat, et ipsa se venditricem faciat sic, et mundoald ei consentiat, et quod vendiderit, stabilem sit. Scriba autem qui cartula ipsa scripserit, non aliter presumat scribere, nisi cum notitia parentum aut iudicis qui in loco fueri; et si aliter fecerit, ipsa venditio vacua sit, et prefatus scriba sit culpabilis, sicut qui cartula falsa scripsit, sicut supra. [1])

---

prando alle pag. 590 e 591, ma più diffusamente ancora nelle N. C. n. 359 colle seguenti parole: « *Capitulum hoc deest in edd. et in plerisque codd., etiam Verc. et Epor. Primus edidit Muratorius* « *in notis ad cap. IIII huius voluminis e codice cathedralis Mutinensis, quo eodem loco habet Canciani; omiserunt Georgisch et Walther. Denuo edimus e Cav., Ma., Par. 4613: adest etiam in Gualpherbytano. Id autem notatu dignum, in Parisiensi codice (qui e praedictis solus in tertio et quarto* « *huius Edicti volumine sincerum ordinem servat et prologos atque epilogos exhibet) hoc capitulum* « *ipsi epilogo subjungi: quem ordinem confirmat etiam Cav., in quo epilogus capitulo eidem nostro* « *XXVIIII (in eo codice XXIIII) immediate subnectitur; capitulum hoc autem leges anni XI, ut apud* « *nos, statim praecedit. Hinc evidenti indicio confirmatur conjectura, de qua fusius alio loco disserimus, capitula, quae, non alio usquam loco nisi in cujuspam voluminis fine, adsunt quidem in nonnullis, desunt autem in aliis etiam antiquissimis et optimae notae codicibus, additicia esse, id est* « *post editum volumen, nonnulla forte in ipso adhuc conventu, at pleraque certe insequente anni* « *tempore, promulgata fuisse: ex quo factum, ut extravagantia hujusmodi capitula, alii alia, suo* « *loco, id est post ceteras ejusdem anni leges, in Edictum intulerint; multi autem codd. omiserint. —* « *In Ma. hoc caput eodem quidem loco habetur ac in Cav.; sed epilogus id subsequitur; habitus pro* « *parte prologi sequentis voluminis. — Ceterum in Cav. et Ma. hoc est cap. XXVIIII, in Par. autem* « *(cum inde ab epilogo anni I et a capite VII numeri unitate creverint) cap. XXX.* »

[1]) Il Vesme N. C. n. c. dice: « *notatu digna ea verba* sicut supra, *quae referenda ad dictum caput IIII hujus voluminis; e quibus arguas hoc capitulum brevi tempore post cetera, et forte in ipso* « *Langobardorum conventu, editum fuisse, et in eum certe finem ut in Edictum inferrentur.* » — Il Troya op. cit. pag. 336 Nota 8) scrive: « la seconda parte di questa Legge non è che la pretta e semplice ripetizione di ciò che sta scritto nella precedente XVIII del Cavense, ossia nella IV del « IV Libro di Muratori. Nè la prima parte differisce un gran fatto dalla prima della medesima Legge XVIII. — Di qui sorge un argomento certissimo a non dispregiare nel presente rincontro di questo luogo il testo del Codice Cavense. Due leggi presso a poco d' un tenore medesimo sarebbersi « elle pubblicate in un sol giorno, cioè nelle Calende di Marzo d' un qualunque anno? Così fanno i « Codici Vesmiani, registrandole due volte (XVIII, e XXIX) sotto il I Marzo dell' anno nono, cioè del

Quum quidem superius in hoc edicto corpore ea que nobis et nostris iudicibus vel ceteris longobardis congrua paruerunt, in quattuor voluminibus adiungere curavimus. Et nunc, si aliquid pro gentis nostre salvationem adhuc adicere possumus, credimus pro his dei misericordia ad ipsius retributionem aeternam ad ipsum dominum ihesum christum nichilominus promereri [1]).

De anno nono. incipit prologus [2]).

« 721. Così anche facea quel della Cattedrale di Modena; ma il Muratori trasportò la seconda Legge « in una Nota; esempio seguitato dal Canciani, e non dal Georgisch nè dal Walther, ai quali piacque « d' ometterla. Pur qualche divario v' ha senza dubbio fra le due leggi, pel quale non si può l' ultima « trascurare del tutto, dappoichè vi si parla del *Principe*, ossia del Re, di cui non si fè motto nella « precedente. Perciò egli è mestieri, che l' una e l' altra s' attribuiscano a due anni diversi, come si « scorge nel Cavense, ove la prima s' annovera sotto il I Marzo 721, e la seconda sotto il I Marzo « 722. — Nel 722 in realtà potè parer necessario a Liutprando l' inculcar nuovamente l' osservanza e « dichiarar meglio le intenzioni de' suoi provvedimenti del 721 sui contratti delle donne. — Ciò non « toglie, che s' abbiano ad avere per molto giudiziose le proposte del Cav. Vesme contro la distribu- « zione delle Leggi Liutprandee nel Cavense. Anche l' Heroldo non ne conosce alcuna sotto l' anno « *decimo.* » — Debbo riportare qui puranche le parole del Vesme N. C. n. c., avvertendo peraltro che l' **Expli cap de anno primo**, di cui fa motto, non pare che si legga in questo luogo nel nostro Codice. « **Explicit VIIII.**) *Haec solus habet Epor., in quo tamen mendose* X *pro VIIII. Cav. post epilogum* « *habet* **Expl cap de anno primo** *superius autem caput, nulla interposita inscriptione, annectit ini-* « *tio prologi proximi voluminis, qui libro usque ad verba* **nihilominus promoveri** *in hoc codice videtur* « *constituere partem eiusdem capituli nostri XXVIIII.* »

[1]) « Non so se tal conclusione della Legge XXIX fosse stata in origine una parte del Prologo al « *Quarto Volume* di Liutprando; prologo, che il Copista avrebbe potuto partir in due; collocandone « una porzione in principio, e l'altra in fine del medesimo *Volume.*» Troya op. cit. pag. 337 nota 9).— « *In Epor. et Par. 4613 prologus breviatus est, in Cav. in duas partes dissectus, et prior, ut supra* « *notavimus, adjuncta capitulo XXVIIII*; » — Vesme N. C. n. 36.

[2]) Il Troya continua a pubblicare le leggi di Liutprando a pag. 346 dello stesso Tomo III dell'op. cit. « Nuove leggi pubblicate da Liutprando nell'anno 723 Marzo I (Dal Codice Cavense) ». Nella Nota poi 1) dice: « Quì dormiva il copista del Cavense, che pose da capo il **nono** anno dopo aver dato le « Leggi del **decimo**. Egli or volea dir, com'era giusto, l'**undecimo**. E così disse poco appresso, con- « giungendo l'anno XI con l'Indizione VI, con che si dinotava il 723. È chiara la causa dell'errore, « avendo quel copista trovato scritto due volte XI: ed e' la prima volta mutò la cifra da XI a IX; poi « condusse *in lettere*, credendosi diligente, il **nono**. »

Ego [1]) in dei omnipotentis nomine qui supra liudprand gentis langobardorum rex, anno regni mei, deo protegente, XI, die kalendarum martiarum, indictione VI, Hoc iterum in quinto volumine adiungere curavimus.

(XXX. [2]) De his feminibus qui velamen sancte religionis in se suscipiunt, aut parentes sivi eas deo vovent, aut ipse se eligunt religionis abitum aut vestium monachicam induere videntur, quamquam a sacerdote consecrate non sint, sic nobis iuste comparuit esse, ut pro dei amore ut in ipso habitum in omnibus perseverent, nec sint scusatio mali hominibus dicente [3]) quod sacrate non sint. Ideo, si copulantur, culpa non habent, sed supra premisimus que tale signum supra se habent, idest velamen et vestem sancte dei genitricis MARIE [4]) quocumque ingenio super sè susciperint, et postea ad secularem vitam vel habitum nullatenus transire presumat, quia considerare debet omnis christianus, quod, si quiscumque seculare parentes noster secularem feminam disponsat, cum solo anulo eam subarrat et suam fecit. Et si postea alter eam uxorem ducit, culpabilis invenitur solidorum sexcentorum.

Quanto magis debet causa dei et sancte MARIE amplior esse, ut qui ipsum velamen vel habitum in se suscipiunt, in eodem debeat perseverare. Si qua femina contra hoc quod nostra instituit excellentia, egerit, aut se marito copulaverit, perdat omnem substantiam suam et debeniat ipsa substantia ad potestate palatii.

De persona autem eiusdem femine que tale malum commiserit, iudicet rex qui pro tempore fuerit, qualiter illi placuerit, aut in monasterium mittendum, aut qualiter secundum deum melius providerit, simili modo et de victo et de vestimento eius ipse princeps ordinet, qualiter ei placuerit. Si autem ille, in cuius mundium tales femina est, consentiens fuerit in su-

---

[1]) Il Vesme dopo la parola **promereri** continua nel testo senza alcuna interruzione **Ergo in dei omnipotentis nomine ego qui supra** etc.; ma nelle N. C. n. c. osserva quanto siegue. « **Ergo**) *Usque « ad hanc vocem Cav. prologum superioribus conjunxerat; hinc vero novi voluminis initium facit, « praemissis verbis* **De anno nono** (*sic, sed in indice recte* **undecimo**) **incipit Prologus**, *ut subsequitur « reliqua prologi pars.*

[2]) Da questa legge 30 alla legge 38 mancano affatto i Numeri, che si suppliscono da noi fra parentesi. — Il Vesme N. C. n. c. fa avvertire questa mancanza di numeri nel nostro Codice, ma dice esser dal numero 30 al num. 44.

[3]) Troya op. cit. pag. 347 **dicende** per **dicente**.

[4]) Questo nome nel nostro Codice, e pure nell' Edizione del Troya, è scritto con lettere maiuscole.

prascriptum malum et probatum fuerit, componat widrigild suum, et ille qui eam presumpserit, componat in palatio solidos DC.

Si autem mundoald in ipsum malum consentiens non fuet, medietatem de ipsis DC solidis accipiat ipse, et medietatem rex; qui autem talem feminam rapuerit, componat solidos mille, ut precedat causa dei solidos C, quam de raptus secularis feminae compositio DCCCC in edicto leguntur; ipsa vero qui non conservaverit ea que superius leguntur, et malum suprascriptum consenserit, pena suprascriptas subiaceat.

(XXXI.) Si qui rapuerit qualecumque feminam liberam secularem, unde in anteriorem aedicto legitur, componat solidos DCCCC. Ita volumus, ut de illis CCCCL solidis, qui pertineunt ad parentes vel mundoald, ut accipiat ex ipsis solidis mundoald qui fuerit pro fatigio [1]) suo et exactione de ipsa poena solidos CL. Relique vero CCC habeat ipsa femina, cui talis iniuria aut detractio facta est. Si autem patrem aut fratres ipsa femina habuerit, in eorum mundium fuerit, Tunc pater aut frater de ipsa compositione quod solidi CCCCL sunt, faciat cum filia aut sorore sua, qualiter voluerit. Nam aliter mundoald aut parentes sic dividant ipsa compositione, sicut supra statuimus.

(XXXII.) De his qui de inlicito matrimonio nati sunt vel nascuntur, Idem de matrinia, filiastra, cognata, quod est uxor fratris aut soror uxoris, quia et canones sic habet, et de duobus sororibus sicut et de duobus fratribus, qui de tale matrimonio natus fuerit, heredes legitimus non sit patri suo, nisi habeant ipsa res parentes propinqui, et si parentes non fuerint, succedat curtis regia.

(XXXIII.) Hoc autem deum iuvantem statuere previdimus, ut amodo nullus homo presumat relicta de consobrino aut bisobrino suo ducere. Si quis autem hoc quod inlicitum est, amodo facere presumpserit, amittat substantiam suam, et qui de tale coniugio nati fuerint, legitimi heredes non existant, Nisi parentes propinqui, aut si parentes propinqui non fuerint, curtis regia succedat. Hoc autem ideo hoc adfiximus, quia testem deo papa urbis romae, qui in omnem mundum caput ecclesiarum dei et sacerdotum est [2]) per sua epistola nobis adortavit, ut talem coniugium fieri nullatenus permitteremus.

---

[1]) *Idest pro labore, sive fatigatione sua. quam vocem olim ab aliis adhibitam fuisse constat.* » (Muratori lib. V Legum Liutprandi Cap. II Nota 69).

[2]) « **Papa Urbis Romae....sacerdotum est.** Questo splendido elogio del Pontificato è un degno argomento di Storia, e mostra quanto la natura Longobarda si venisse tutto dì mutando, per accostarsi « alla Romana. » (Troya op. cit. pag. 350 Nota 10).

(xxxiv.) Item hoc precepimus atque censuimus, ut nullus presumat commatrem suam uxorem ducere, sed nec filia quam de sacro fonte lebavit, neque filius presumat filiam eius uxorem ducere qui eum de fonte suscepit, qui spiritales germani esse noscuntur, et qui hoc malum facere temptaverit, perdat omnem substantiam suam, et filii qui de tale inlicito matrimonio nascuntur, heredes esse non debeant nisi propinqui parentes, et si propinqui non fuerint, curtis regia succedat. Ubi autem inventi fuerint qui suprascripta inlicita coniugia contraxerit, de presenti separentur et pena suprascripta subiaceant.

(xxxv.) ✠ Si quis sine voluntate regis. Si quis in qualecumque civitate contra iudicem suum seditionem levaberit, aut aliquo malum fecerit, vel eum sine iussione regis expellere quesierit, aut alteri homines de altera civitate contra alteram civitatem, vel alterum iudicem, ut supra, sine voluntate aut iussionem regis seditionem fecerit, aut eum expellere sine regis voluntate quesierit, Tunc ille qui in capud fuerit, animae suae incurrat periculum, et omnes res eius ad publicum debeniant. Reliqui autem homines, qui cum ipsum fuerit in malum consentiendum, unusquisque componat in palatio widrigild suum; et si casa cuiuscumque blutaverint aut res eorum tulerint, qui cum palatium aut cum rege tenent, et fidem suam cum iudicem in palatio conservat, componat omnes res ipsas cui eas abtulerint, in actigild, et widrigild suum, ut supra diximus, componat in palatio; hoc ideo previdimus in presentem pagina aedicti scribere, ut malum vitium non crescat, set amputetur et ut omnis [1]) in pace et in gratia dei et regis vivere valeat.

(xxxvi.) Si quis dederit wadia et eam recolligere neglexerit[2]), componat, sicut in anteriore edicto legitur, et ille qui ipsa wadia acceperit, si reddere neglexerit per fideiussorem, et apud eum manserit, sic componat, quomodo et ille qui guadiam suam recolligere neglexerit, solidos xxxvi [3]).

---

[1]) Il Vesme N. C. n. 362 dice: « *minus recte Cav. et Epor.* **et ut omnes** »; nel nostro Codice veramente è abbreviato: **oms**. Troya puranche stampa **omnes** invece di **omnis**.

[2]) Di fronte al primo rigo di questa legge 36 nel margine laterale con carattere nero, più piccolo di quello del Codice, si vede scritta la chiosa: **Roth. cap. CCXLV.**

[3]) Il Vesme N. C. n. c. scrive: « *Cav. addit.* **sol. XXXVI**, *et Ma.* **idest sol. XXXVI**: *utrumque glossa* « *est e spurio vel additicio Rotharis capitulo CCLV: quod tamen deest in utroque eo codice. In mar-* « *gine autem codicis Cav. citatur* **Roth. cap. CCXLV**, *quod huc non pertinet; in aliquo, ut videtur* « *codice, fortasse in ipso Cav. in margine, ea fuit sedes cap. CCLV* » Di questa legge 255 già si fece « motto nelle note all'Editto di Rotari, alle quali ci riportiamo.

(XXXVII.) Si quis alii wadiam dederit et antequam eam per fideiussorem liberi, si violenter de manu illius abstraxerit, cui eam dederit, componat ei cui ipsa wadia abstraxerit, solidos XXIIII. Hoc autem ideo adfigi precepimus, ne pro tale causa scandalum oriatur, aut anima pereat.

XXXVIII. Si quis alii wadia dederit et voluerit eam per fideiussores suos suscipere, et adduxerit ad eum qui wadia recipiat, unum, duos, vel tres, et ipse dixerit, quia nescio quis sint, ut damnum ei facere possit, Tunc adducere ei debeat fideiussore aut de illa civitate, unde ipse est qui wadia dedit, aut unde ille est qui suscepit, et minime ibidem inventi fuerint, Tunc suscipere debeant ipse qui wadia accepit, fideiussorem homine liberum [1]) quem conlibertus eius cognitum habet, et dicit ei, quod ego scio, quia ei credere potest, ut homo ille qui wadiam dedit, damnum non patiatur.

XXXVIIII. Si quis alii wadia dederit pro qualibet causa, et fideiussorem posuerit, et postea ad ipsum fideiussorem antesteterit, aut pignus de manu tulerit, et probatum fuerit, componat solidos XX.

XL. Si quis alii wadiam dederit pro qualibet causa [2]) et fideiussorem posuerit, et ipse fideiussor eum pineraverit, et pinera ipsa ad creditorem dederit, et postea ei ipse pignus cuius fuerit, per virtutem tulerit, componat ipsa pignera in actigild.

XLI. Si quis ante constitutum pinneraverit et probatum fuerit, quod ante constitutum pignorasset, componat ipsum pignus in actigild.

XLII. Si quis iudex aut actor publicis in qualemcumque civitatem aut locum inter alios homines qui aliqua discordia habet, trewas tulerit et unus ex is hominibus inter quos ipsa trewas [3]), componat in publicum, et medietatem illius cuius causa est, et ipsas trewas non sit minus quam dugentos solidos; qui autem amplius [4]) forsitan pro maioribus [5]) causis ponere voluerit, sit ei licentiam.

---

[1]) Troya op. cit. pag. 353 **fideiussorem nomine liberum** per **fideiussorem homine liberum**.

[2]) « **dederit**) *Cav.* **dederit pro qualibet causa**: *glossa* » (Vesme N. C. n. 363).

[3]) Dopo la parola **trewas** il Troya op. cit. pag. 354 fra parentesi scrive (**tulta sunt, eas reperit medietatem de ipsas trevvas**). — Il Vesme nelle N. C. n. c. dice che queste parole, comprese nella parentesi dal Troya, furono omesse nel Codice Cavense per incuria del Copista : « *Haec incuria amanuensis ob recurrentes easdem voces, omissa sunt in Cav.* »

[4]) Il Troya ib. stampa **plius** e poi fra parentesi (**amplius**); il Vesme N. C. n. c. dice che il copista del Codice Cavense scrive in luogo di **amplius**, **plus**. Il Codice Cavense ha : **amplius**.

[5]) Troya ib. **maloribus**, e poi fra parentesi (**majoribus**).

XLIII. Si quis alii homini qualecumque rem donaverit, et launegild susceperit, et postea defendere minime potuerit, Tunc aliam talem rem, qualem donavit et qualis in illa die inveniatur esse, reddat cui donavit, et amplius non calumnietur; et si de conludio pulsatus fuerit, satisfaciat ad evangelia, quod nullum colludium cum alium hominem de ipsa causa factum habeat, et sit solutus de culpa. Tamen suprascriptam rem consimilem reddat cui donavit. XLIII. [1])

(XLIIII.) De servum fugacem et advenam hominem, si in alia iudicalia inventus fuerit, Tunc decanus aut saltarius qui in loco est, comprehendere debeat, et ad sculdahis suum perducat, et ipse sculdahis iudici suo eum consignet, et ipse iudex potestatem habeat eum inquirendum unde ipse sit. Et si inventus fuerit, quod servus sit aut furor [2]), mox mandet ad iudicem aut ad dominum eius unde ipse fuerit, et habeat pro presura de ipso servo per caput solidos duo. Si autem post inquisita causa ipsa, ipse homo qui comprehensu est, aut inquisitus fuerit, liber apparuit, Nulla sit culpa ei qui eum presit aut inquisivit. Si fuerit decanus aut saltarius, hoc facere distulerit, componat solidos IIII, medietatem sculdahi suo, et medietatem cuius causa est. Si sculdahis neglectum posuerit, componat solidos VIII et medietatem cuius causa est. Si vero iudex ad eum inquirendum vel mandatum faciendum, unde ipse homo est, distulerit, componat in palatio solidos XII; et si ille iudex cui mandatum venerit, neglectum fuerit ad ipsum hominem recolligendum, aut arimanno suo mandatum faciendum, quia in tali loco homo tuus [3]) comprensus est, et si hoc nelexerit, componat in palatio solidos XII, et sit spatium de ipsum mandatum, Faciendum in istis partibus in unum mensem, trans alpes vero in partibus tusciae in mensibus II.

XLVII [4]). (XLV) Si quis astalaria [5]) alterius cappelaverit, componat ei cui astalaria fuerit, solidos sex.

---

[1]) Il Numero XLIII nel nostro Codice è ripetuto. Scriviamo tra parentesi il N. XLIIII e così faremo pure in seguito dove manca il numero.

[2]) Troya ib. pag. 355 dopo la voce **furor** scrive fra parentesi **fur**.

[3]) Troya ib. stampa **homo tuas** e poi fra parentesi (**tuus**) mentre il nostro Codice ha **homo tuus**.

[4]) Quì il Copista del Cod. Cav. sbagliò il numero, e per conseguenza sono scambiati anche i numeri seguenti; ma si rimette al n. L e LI, che ripete due volte. Noi scriveremo fra parentesi il vero numero della legge.

[5]) Troya ib. pag. 357 Nota 27): « **si quis astalaria alterius cappellaverit**. I Codici Vesmiani si con« giungono col Cavense, leggendo **astalaria**; l' Heroldo si trova d' accordo col Muratori, ed entrambi « hanno **stalaria** o **astalaria**. In mezzo alle molte interpretazioni, che recansi di somiglianti parole

XLVIII. (XLVI) Si quis fossatum in terra alterius fecerit, et suo non potuerit probare, componat ei cuius terra est, solidos VI.

XLVIIII. (XLVII) Si quis sepe in terra alterius miserit et sua probare non potuerit, componat ei cuius terra est, solidos sex.

L. (XLVIII). Si qui liberum hominem foris provincia vendiderit, componat widrigild eius, ac si eum occidisset.

LI. (XLVIIII) Si quis servum alienum foris provincia vendiderit, et probatum fuerit, in quadruplum eum componat, sicut appretiatus fuerit ipse homo.

L. Si quis servum alienum sine voluntate domini sui in sacramentum miserit, aut manum in caldariam eum mittere fecerit, componat domino eius solidos XX.

LI. Si quis servum alienum in manu regis dederit, et probatum fuerit, quod non suum servum dedisset, componat regi solidos C, et ipse servus revertatur ad proprium dominum suum. Et sit servus sicut antea fuit, et insuper qui eum in manu regi dederit, componat domino eius solidos XX.

LII. Si quis servum alienum sine voluntate domini sui liberum dimiserit, aut per se, aut per qualecumque, excepto per manu regis, et probatum fuerit quod servum alienum libertasset, Tunc ipse servus revertatur ad proprium dominum suum, ut sit servus, sicut et antea fuit, et ille qui eum inlicite liberavit, componat domino eius solidos XX [1]).

LIII. Si quis servum alienum sine voluntate domini sui clericaverit, componat domino eius pro illicita presumptione solidos viginti, et ipse servus revertatur ad proprium dominum suum, et ipse dominus eius habeat eum, sicut voluerit.

INCIPIT PROLOGUS DE ANNO DUODECIMO [2]).

Scimus [3]) enim et firmiter retinemus, quoniam per grados et tempora in bono proficiunt opere

---

« dagli scrittori, sembra volersi anteporre quella di coloro i quali dicono trattarsi qui d' un'albereta, « ove i pali si tagliano. Il Glossario Cavense: **Stalaria,** *idest salicem;* quasi Liutprando avesse accen- « nato a' pali recisi de' salci. »

[1]) Troya ib. pag. 358, **solidos XV per solidos XX.**

[2]) Id. ib. a pag. 363 continua la pubblicazione delle Leggi di Liutprando dell' anno duodecimo, cioè, 724 Marzo I (dal testo Cavense). E nella Nota 1) dice: « Qui si rimette in via per lungo spazio di tempo il Copista del Codice di Cava, e cammina sufficientemente in accordo col testo Vesmiano. »

[3]) Troya ib. stampa **reminiscimur;** e pure il Vesme N. C. n. 365 dice che il Cod. Cav. ha **reminiscimur**; ma per verità il nostro Codice ha **scimus enim** e non **reminiscimur**.

et semper ad meliora tendere videntur, quod in dei operantur [1]) pietas, et eius misericordia eum illustrat, qui omnes vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Ergo si pro gentis nostrae salvationem aut pauperum fatigatione aliquid possumus conicere quod quod in edicti corpore adiungimus, quamquam in quinque voluminibus adiunximus, credimus, quod misericordia dei bonum nobis pro hoc retribuat, eo quod pro solo dei timore et amore hoc facimus, ut omnes cause per rationem et iustitiam terminentur, nec sit aliquid error, sed magis clarescat omnibus sua iustitia, unde intermissione nomen domini benedicatur.

Prologus.

Ideoque ego liuprand in dei nomine excellentissimus gentis langobardorum christiane hac catholice rex, anno regni mei deo protegente duodecimo, die kalendarum martiarum, indictione septima, Una cum iudicibus vel reliquis langobardis fidelibus nostris hoc adiungere in edicti curavimus pagina, in volumine quidem sexto quod antea fuerat, multis supervenientibus causis obmissimus. In primis, idest de possessione de anno duodecimo.

LIIII. Si quis cartulam donationis per gairethinx factam, aut susceptum launigild vel sorte comparationem ostenderit, et res ipsas, unde legitur, non possederit, et dixerit, quod ei munimen suum absentasset aud absentatum fuisset, Si per triginta annos et super possessio ipsa fuerit, non habeat adversus eum qui possedit, facundiam loquendi cum munimen ipsum quod ostendere videtur, nisi ipse firmiter possedeat qui per triginta annos possiderat. Quia iam a grimoaldo rege de triginta annorum possessione constitutum est. Nam si [2]) intra triginta annorum possessio ipsa fuerit, pontificium habeat cum munimen suum dicendum quod voluerit, et sic ipse qui possederit, saecundum edictum respondeat.

LV. Si quis servum fulfrealem thingaverit et haamund a se fecerit, vel quocumque modo eum a se absolverit in manu regis dandum, aut in ecclesia circa altare ducendum et postea ipsae libertus voluntatem patroni sui fecerit, Manifestare debeat ipsam libertatem suam sepius iudici et ad vicinos suos, quod liber et absolutus esse videatur. Et postea nullo in tempore ipse patronus vel heredes eius contra eum qui libertatus est, querelam possit removere di-

---

[1]) Troya ib., e Vesme ancora ib. **quod in diem operantur pietas**; ma nel Cod. Cav. l' abbreviatura di meglio si legge **dei**.

[2]) Id. ib. pag. 365 stampa **eramsi** e poi fra parentesi (**nam si**), laddove il nostro Codice ha **nam si**.

cendo, quod ei debeat obedire, pro eo quod ei sua sponte et pro beneficio de domino suo voluntatem eius fecerat [1]).

LVI. Si quis alium de furto compellaverit et per pugnam eum vincerit, aut forte perstrictionem a publici facta manifestaverit et compositio facta fuerit, et postea ipsum furtum apud alium hominem inventus fuerit, et certa veritas apparuerit, quod ipse qui prius composuerat, rem ipsa non furavit, omnia quicquid ipse composuerat, recipiat ab eo cui composuit. Et componat aput quem furtus ipse postea inventus est. Nam si aliquid pro sacramentum suum dederit, habeat ipse cui dedit. Nam si certa veritas non apparuerit, quod alter homo furtum ipsum non fecisset et per districtionem manifestaverit et composuerint, habeat sibi ipsam compositionem cui componit.

LVII. Si debitum aliquis fecerit, et res suas vendiderit, et talis fuerit ipse debitum quod sanar non possit [2]), et filius per uxorem suam aliquid conquisierit, vel postea sibi quocumque ingenio laboraverit, Et postea genitor eius omnes res suas venumdavit, vel pro debito suo creditoribus suis dederit, et a publico intromissi fuerint, non habeat licentiam creditores eius quas filius eius de coniuge sua habere videtur, vel quae postea conquisivit, aut laboravit, res petendum, aut distrahendum, sed habeat sibi filius eius iure quiaeto. Sic tamen, ut si a creditoribus suis pulsatus fuerit, preveat sacramentum quod de rebus patris aut matris suae, si ipsa in mundio patris est, vel mortua fuerit, nichil apud se habeat, vel alicui commendasset, aut abscondisset, et si postea apud eam inventum fuerit de rebus paternis, componat in actigild.

LVIII. Si infans, dum intra aetate est, res suas cuicumque venundederit aut infiduciaverit [3]), et postea cum in legitima etatem venerit saecudum legem, cartam ipsa rumpere voluerit et in rebus ipsius introire, non habeat pontificium qui emit, aut infiduciavit, quod dederat requirendum, quia quando comparavit, aut infiduciavit, Tunc debuit prospicere, quia puer ipse intra etatem erat, et contra legem faciebat, et postea constitutum est, ut qui intra etate

---

[1]) Id. ib. pag. 366 **et pro beneficio et domino suo voluntate eius fecerat** per **et pro beneficio de domino suo voluntatem eius fecerat.**

[2]) Troya ib. pag. 368 Nota 9) « **quod sanari non possit.** Nel testo Muratoriano si legge : **quod solvere non possit.** »

[3]) La voce **infiduciare** presso i Legislatori Longobardi, dice il Troya op. cit. pag. 369, non vale altro se non il *dare in pegno.*

fuerit, minime vendere aut infiduciare possit, talem causam eum habere dicimus qui emit aut infiduciavit, qualae et ille videtur habere, qui de servo aut de aldione comparavit, aut infiduciare dinoscitur.

LVIIII. Si quis castaldus, aut auctor [1]), qui curtem regiam habens ad gubernandum, si ipsa curte alicui sine iussionem regis casa tributaria, vel terras, silvas, vel vites, aut prata ausus fuerit donare, aut si amplius quam iussus fuerit a rege dare presumpsit, vel si requirere neglexerit, quod per fraudem tultum est, omnia ipse qui hoc contra iussu regis facere ausus fuerit, in duplum actigild componat, sicut qui res regias furavit. Et si ipse antea mortuus fuerit quam fraus ipsa appareat, heredes eius componat, sicut supra legitur. Nam si per auctorem regis ipsa fraus facta fuerit, et antequam ad nostram veniat notitiam, fraus ipsa per castaldium inventa fuerit, habeat ipse castaldeum de compositione, quam auctor componere debuerit, tertiam partem, Et duas parte sit in curtem regis; et si per qualecumque hominem, prius ad nostram pervenerit notitiam, quam per castaldeum inventa sint, Tunc compositionem ipsam [2]) in integrum nobis et curtis nostrae pertineant. Quod si iudex, aut auctor noster, vel heredes eorum pulsati ad nos fuerint, quod neglectum fecissent, ad exquirendas res nostras, et ipsi dixerint, quod ipsam fraudem nescissent, et nullum neglaectum fecissent ad exquirendas res nostras, Praebeat in tali ordine sacramentum, et dicat, quia pater noster fraudem istam numquam scivit, nec consensit, nec neglectum posuit, ad exquirendum, nec nos per legem culpavilis esse debemus, et sint postea absoluti. Hoc enim capitulum amodo statuimus, ut firmus sit; Nam quicquid antea actum est, in nostrum arbitrium reservabimus Et proinde hoc statuere previdimus, pro eo quod multas fraudes a castaldeis vel auctoribus nostris factas invenimus, Unde iam multas fatigationes habevimus. Nam quod a nostris decessoribus cuicumque datum est, stabile ordine volumus permanere, sicut et illud quod nos dedimus, aut in antea dederimus.

LX. Si aldius cuiuscumque cum libera muliere aut puella fornicatus fuerit, componat solidos quinquaginta, et in cuius mundio ipsa fuerit, et ille reputet vitium suum, pro eo [3]) quod aldioni consensit.

---

[1]) Il Cod. Cav. in tutta questa legge ha sempre **auctor** e giammai **actor** e così pure nota il Vesme, ma qui avverte: « *Cav.* **aut actor qui** » N. C. n. 367, mentre il nostro Codice ha-**aut auctor qui**.

[2]) Troya ib. pag. 370 **tunc compositio ipsam** per **tunc compositionem ipsam**.

[3]) Id. ib. pag. 371 **pro ea** invece di **pr pro eo**.

LXI. Si quis alii guadiam de sacramentum dederit, et sacramentales dicti fuerint, et postea ipse qui nominatus est, cum ad sacramentum venerit et evangelia posita fuerit, si se subtraere quaesierit, ut sacramentum rumpantur, sicut in anteriorem aedictum est constitutum, Tunc prebeat sacramentum prius ille qui iurare debet ad illos sacramentales suos, quod cum eo munditer iuret. Et si sacramentales illi ipsi audire noluerint, et se aliquis in omnibus subtrahere quaesierit, ut ipse qui iurare debuit, causam suam perdat, Iuvemus, ut manifestare debeat ipse sacramentales qui se subtrahere voluerit certam veritatem, pro qua causa iurare minime presumit. Et si manifestare minime voluerit, tunc preveat sacramentum, quod nullum colludium habeat cum homine illo, qui sacramentum audire debuit, nisi quod animam suam timendo, non presumat sacramentales esse. Et ipse postea qui iurare debeat, habeat spatium duodecim noctes qui prope sunt, et qui de longinquo, quomodo sunt de tuscia, vel de austria, noctes viginti quattuor. Et quaerat alterum talem sacramentalem, quem in locum ipsius ponat, et sic sacramentum deducat, sicut guadiam dedit. Et si non fuerit ausus iura re, aut manifestare non potuerit, quicquid ille cui sacramentum in terra dederit, hoc est se subtrahaendum [1]), dampnum passus fuerit, Tunc de propriis rebus suis restituat.

LXI.[2]) (LXII.) Reminiscimur, qualiter enim iam statuimus, qui hominem liberum occiserit, ut res suas in integrum perdat, et qui se defendendum hominem occiderit, componat saecundum qualitatem persone. Nunc autem statuere previdimus, quomodo sit ipsa qualitas considerandam; consuetudo enim est, ut si minima persona, qui exercitalis homo esse invenitur, centum quinquaginta solidos componat, et qui prior est trecentos solidos. De casindiis vero nostris volumus [3]), ut quicumque minimus in tali hordine occisus fuerit, pro eo quod nobis deservire videntur, ducentos solidos fiat compositus, maiores [4]) vero secundum

---

[1]) Le parole **hoc est se subtrahendum** il Vesme le dice aggiunte dal copista del Codice Cavense: « *Cav. addit* **hoc est se subtrahendum**: *glossa quae in textum irrepsit.* » In quanto poi alle precedenti parole **cui sacramentum in terra dederit** osserva: « *Ceterum notanda dicendi forma, ex qua metaphorico sensu etiamnum itali dicimus* gettare a terra, andare a terra, *et his similia.*, (N. C. n. 367 e 368).

[2]) Quì il n. LXI è ripetuto, e puranche ripetuto è il numero LXII.

[3]) Il Troya op. cit. pag. 372 stampa: **decasindus (de Gasindiis) vero nos rivolumus (nostris volumus)**; correzioni e parentesi non meritate dal copista del nostro Codice, che scrisse non come si legge nel libro del Troya, ma si per lo appunto **de Gasindiis nostris volumus**.

[4]) Id. ib. nuovamente stampa **malores** e fra parentesi (**maiores**), mentre il nostro Codice ha **majores** non **malores**.

qualitatem persone, aut quales persones fuerint, ut in nostra consideratione, vel successorum nostrorum, debeat permanere, quomodo usque ad trecentos solidos ipsa compositio debeat ascendere.

LXII. (LXIII.) Si quis testimonium falsum contra quecumque reddiderit, aut in carta falsam se scientem manum posuerit, Et ipsa fraus manifestata fuerit, componat guidrigild suum, medietatem regi, et medietatem cuius causa fuerit. Et si talis personam fuerit, ut non habeat unde componat, Tunc publicus debeat eum dare pro servum in manu eius cui culpam fecit, et ipse ei serviat sicut servus. Et ille qui alium rogat testimonium falsum dicere, aut pro causa sua in manu in cartam falsam ponere, sic componat, sicut et ipsi falsi testes componere iussimus, pro eo quod ipsum malum per ipsum fuit inchoatum.

LXII. (LXIIII.) Hoc [1]) enim rectum nobis paruit esse de servis qui in furtum comprehenduntur, unde in anteriore aedicto legitur, quod aut occidatur, aut redimat eum dominus eius cum solidis quadraginta. Aut si amodo cuiuscumque servus comprehensus fuerit in eo tinore, ut mori debeat, aut redimat eum dominus suus, ut dictum est, cum solidis XL, Aut si eum redimere noluerit ipse dominus eius, eum occidatur; et si dominus eum occidere noluerit, occidat eum ille qui eum comprehensum tenet; et si nec ille vuoluerit, Tunc accipiat eum curtis nostra, et , quomodo nostra iussio fuerit, sic de eum debeat ordinare. Ipse vero dominus componat, sicut edictum continet, ei cui ipsum furtum factum est.

INCIPIT PROLOGUS DE ANNO TERDIODECIMO [2]).

[3]) Ego liutprand in dei nomine rex gentis langobardorum, anno regni mei tertiodecimo, die kalendarum martiarum, indictio octaba, Dum rememorassem, quod venientes homines in

---

[1]) Il Troya dice che questa legge LXIV manca soltanto nel Muratori. Il Vesme N. C. n. 368 dice che manca nel Muratori ed in altri Codici. « *Deest hoc capitulum in Verc., et in codice Estensi apud Murat.... Varietatem lectionis exhibemus ex Cav., Ma., Epor., Parisiensi utroque et Heroldo; solito « autem major est lectionis varietas, ita tamen ut hic etiam Cav. et Ma. ejusdem familiae esse ap- « pareat.* »

[2]) Le leggi dell' anno tredicesimo di Liutprando, 725 Marzo I. (dal testo Cavense), continuano nel Troya op. cit. a pag. 400.

[3]) « *Hic prologus in hanc diem nonnisi ex Heroldo innotuerat. Emendatiorem damus ex Verc. Cav., Ma. Par. utroque, et ex Epor., qui tamen nonntsi breviatum exhibet. Passim autem in hoc prologo Cav., Ma., Par. 4613 peculiares lectiones habent, adversus Verc., Epor., Par. 4614* et *Heroldum consentientes.* (Vesme N. C. n. 369).

presentia nostra adduxerunt causas inter se altercantes, quae nec per arbitrium fuimus certis ad terminandum, nec in anteriore aedicti corpore invenimus inserta, Proinde previdimus eam sustinere suprascriptum die kalendarum martiarum. Dum usque nostri ad nos venirent iudices, et tunc nos una cum ipsis certum terminum ibi deberemus ponere, Unde postea nobis nec illis esset aliqua intentio [1], sicut scriptum est, et subtus legitur. In primo omnium.

LXV. De eo qui filiam suam in casa habuerit et filium non reliquerit legitimum, ut de rebus suis amplius per nullum titulum cuiquam per donationem, aut pro animam suam fecere possit, nisi partes duas, tertiam vero relinquat filiae suae, sicut iam gloriosissimus rothari rex instituit, quia qui thinx facit, et postea filia nascitur, in tertiam partem ipsum thinx rumpat, saecundum anteriorem edictum, et si duas aut plures, in medium [2]). Ideo, dum a nos ipsum edictum legitur de thinx, quod est donatio, nobis comparuit quod per nullam donationem, nec per launegild, possit filiam suam de ipsa tertiam portionem substantiae suae exheredem facerem, et si duas aut plures fuerint, de medietatem.

LXVI. De libero homine qui uxorem de servo aut de aldionem suo, vivente ipso marito, tulerit uxorem, et filii aut filias ex ea nati fuerint, nullatenus ei heredes succedat, sed nec libertatem suam habeant, sed per nullum ingenium ei de rebus suis aliquid facere possit. Quia in dubium venit causa ipsa, cuius filius aut filias sit, quando ambo vivunt dominus et servus, et qui ancillam ante habuit et quia postea tulit.

LXVII. Si quis alii cautionem fecerit, et non ei obligaverit de rebus suis, nisi dixerit in ipsa cautionem in quibuscumque rebus ipsius invenire potuerit, et postea vendiderit alii homini de rebus suis, habeat ipsa res qui eas emit. Nam si obligate fuerint nominative, non eas possit vendere, dum ipsa cautionem non sanaverit, et qui cautionem facere voluerit, aut nominative obliget de rebus suis, qualiter inter eos convenerit, aut faciat ipsa cautionem de tantis rebus, quantum in illa die solidi ipsi fuerint.

LXVIII. De aldionibus qui de persona sua aldiones sunt, si aliqua compellationem fuerit facta, patronus eius eum defendat, aut per sacramentum, aut per pugnam, qualis causa fuerit.

LXVIIII. Si aldius cuiuscumque in casa alterius, nesciente domino suo, inventus fuerit, sic debeat dare homo ipse qui eum habuit operas, quomodo de servo.

---

[1]) « **nobis nec illis esset aliqua intentio** ; *Cav. male*: **intentio** *enim hic est non dubium, ambiguitas sed lis, quaestio. Sensus est*, **ne postea ulla inde lis oriri possit** » (Vesme N. C. n. c.).

[2]) « **In medium**, cioè, per metà » (Troya op. cit. pag. 402 Nota 1).

INCIPIT PROLOGUS DE ANNO QUARTODECIMO [1]).

[2]) Iam quidem septies in antiqui edicti corpore aliqua previdimus augmentare capitula, que nobis et nostris iudicibus atque fidelibus saecundum deum recta comparuerunt. Nunc quidem, eo quod multe cause ad definiendum incognite erant, quia alii per consuetudinem, alii [3]) per arbitrium iudicare extimabant, previdimus, ut nullus error esse deberet, Sed omnibus manifesta claresceret lex. Ideoque hoc statuimus annotare capitula. Anno scilicet regni mei, deo largiente, quartodecimo die kalendarum martiarum indictione nona, Quin etiam e iudicibus et fidelibus nostris de partibus austriae, neustrie, nobiscum adfuerunt, et haec omnia inter se locuti sunt, et nobis renuntiantes, nobiscum pariter statuerunt atque finierunt, Et cum presentaliter fuissent, capitula ista prelecta omnibus placuerunt et preventes [4]) adsensum statuerunt nobiscum, ut nichilominibus per ordinem scriberentur.

LXX. Si inter fratres per quadraginta annis possessio fuerint de rebus, seu de casas vel terris que indevise sunt inter parentes [5]), qui per quadraginta annos possedit, qualiter presumit dicere per sacramentum ad sancta dei evangelia, quod de avio aut de patre, aut de fratre, aut qualis parens fuit, quod ipsas res suas factam habeat aut per donationem, aut commendationem [6]). aut comparationem, aut extimatione, aut quomodo praesumat dicere, aut firmare,

---

1) Le leggi dell' anno quattordicesimo di Liutprando, 726 Marzo 1 (dal testo Cavense) continuano nel Troya a pag. 411 op. cit. Tom. III.

2) « *Hic prologus integer a solo Heroldo editus est, aut ex ejus editione repetitus. Partem etiam* « *ediderat Muratorius in notis, e codice Ambrosiano,... Emendatiorem edimus ope codd. Verc. Cav. Par. 4614. In Ma. et Par. 4613 prorsus deest; in Epor. in compendium redactus est.*, (Vesme N. C. n. 370).

3) Troya ib. **alium** per **alii**.

4) *Similiter Cav.* **preventes adsensum,** *solita litterarum* **b** *et* **v** *permutatione, pro* **prebentes assensum**, *ut edidit Murat. ex Ambros.*, (Vesme N. C. n. 371).

5) « **vel per parentes**) *Ita scribimus, auctoritate antiquissimorum codicum Verc, et Epor.;* **inter parentes** *Cav. et Ma.;* **vel inter parentes** *edd., quae postrema lectio clariorem sententiam praebet. Ceterum hic et mox* **parens** *est non* **genitor**, *sed* **consanguineus**, *quem etiamnum Itali dicimus* **parente** (Vesme N. C. n. c).

6) Troya op. cit. pag. 413 Nota 2) **commendationem.** Il testo dell' Heroldo, del Muratori, del Georgisch, del Canciani e del Vesme leggono tutti concordemente **commutationem** senz'additare niuna « variante di nessun Codice. Potrebbe egli permettersi a me, non tenero del Copista Cavense, di

Liceat eum postea ipsas res in libertatem habere, et possidere. Alias vero res que divise fuerint inter fratres, aut nepotes, vel ubi mensura tractata est, sorte stantes adequentur. Nam ubi per quadraginta annos mensura minime ambulavit et causa probata fuerit quod iure quieto possedisset, sicut supra legitur, per sacramentum finiatur. Excepto si communiter aliquid possedissent.

LXXI. Si quis alium hominem asto animo compellaverit de pugnam, quod solet fieri per prabas personas, preveat sacramentum ipse qui compellat solus et diiuratus [1]), quia non asto animo eum per pugnam fatigare quaerat, nisi quod certam habeat suspectionem sive de furto si fuerit, sive de intentione, aut unde ipsa compellatio agitur. Et si hoc iuraverit, postea vadant exinde ad pugnam. Si autem non presumerit iurare, non fiat ipsa causa per pugnam iudicata, aut finita.

LXXII. Si quis liber homo ad alium liberum hominem consilium dederit de periurare aut casa aliena incendere [2]), ubi homo cum rebus suis habitat, aut mulierem alienam aut puellam tollere vel rapere, et causa probata fuerit, componat pro ipso inlicito consilio quod contra rationem ministraveirt, solidos C. Ita sane, ut inter ista capitula quod diximus, unde compositione datur, per ipsum quod hoc malum agit, solidos nongentos. Ipse consiliator componat solidos centum, et unde compositio fiet de solidos trecentos, consiliator componat solidos quinquaginta. Et si minus de trecentos solidos fuerit ipsa compositio, consiliator componat solidos quadraginta, minus non, medietatem ex omnibus his suprascriptis capitulis in palatium regis, et medietatem cuius causa fuerit. Et si ipse de quo dicitur, ut suprascripta mala consiliasset, vetare voluerit, quod talem consilium non dedisset, preveat sacramentum cum legitimos sacramentales suos, Iuxta qualis causa fuerit, et sit absolutus. Nam per pugnam non fatigetur. Nam si rei veritas manifestata fuerit, componat, ut supra dictum est.

LXXIII. De donatione que sine launigild, aud sine thingatione facta est, minime stare debeat, quia specialiter in edictum non fuit institutum [3]), tamen usque modo sic est iudicatum. Ideo

---

« sospettar questa volta, che il Cavense legga **commendationem** con più fondamento di tutti gli altri Codici? Possedere una cosa in virtù di permuta si può credere già sottinteso nella parola, che segue di **comparationem** in generale: ma possederla in *commenda*, potrebbe accennare in particolare al dritto de' *Raccomandati* e delle *Raccomandazioni* presso i Longobardi. »

[1]) Id. ib. pag. 414. **diluraratus** per **diiuratus.**

[2]) Id. ib. **aut causa aliena incendere** per **aut casa aliena incendere.**

[3]) Troya ib. pag. 416 invece di **institutum,** come ha il Cod. Cav., stampa **constitutum.**

pro errore tollendum aud scribere in edicti pagine iussimus, ut qui fuerint propinqui parentes; ipsi succedant. Et si ille super isti fuerint qui ipsa donationem sine launigild dedit, possit eam ad se recolligere. Excaepto si in aecclesia, aud in loca sanctorum, aud in synadochia pro animam suam aliquid quicumque donaverit, stabile debeat permanere, quia in loca sanctorum, aut in synadochio, ne thinx, nec launegild impedire debet, eo quod pro animam suam fecit.

LXXIIII. Si infans infra aetate est, res suas cum fratribus aut cum parentibus suis dividere voluerit, aut si ipsi cum ipso infante dividere volunt, faciant iudici notitiam, et ipse iudex faciat venire parentes ipsius, Et una cum ipsis aut per seipsum, aut per missum suum bona persona, deum timentem, res ipsa dividant [1]. Sic tamen, ut omni tempore stare sorte debeant, et adequatio percurrant [2].

LXXV. Si infans, dum infra etate est, causam habuerit cum qualecumque homine, similiter faciat iudex parentes ipsius propinquos venire, et accedat apud locum cum ipsis parentibus, et deliberet causam ipsam per iustitiam et faciat notitiam, in quorum presentia causam ipsam deliberaverit, et iudex iudicatum suum ammittat [3]), ut ipse qui causam querit, non perdat iustitiam suam, pro eo quod ipse infans infra etatem esse videtur. Iudex autem quomodo ordinaverint, aut qualiter fecerit causa, In his capitolis de eo qui intra etate est, habeat retributionem de deo omnipotentem, sive in bonum, sive in malum, et missus ille, quem iudex direxerit pro definiendis causis quae supra premisimus, Si in aliqua parte cor suum in fraude declinaverit, aut fecerit ea quae oportuna non sunt, ut ipse infans damnum habeat, qui intra etate est, et non fecerit equalitatem, et probatum fuerit, quod fraudem fecisset, aut colludium contra ipsum infantem statuisset, de proprio suo restauret quod fraudolenter divisit aut fecit. Hoc ideo proinde dicimus, ut infans ille qui causam suam nescit legitime, procurare damnum non habeat.

LXXVI. De religiosa femina que vestem et habitum sancte religionis in se suscipiunt. Si contigerint ex peccato, ut adulterium committat, qui ipsa sanctimonialis femina adulteraverit, componat solidos ducentos, quia de secularibus feminis edictum continet, ut componat solidos C. Nos prospeximus vere iustitiam esse, ut dei omnipotentis causa, et sancte eius geni-

---

[1]) Troya ib. **dividuntur**; Vesme N. C. n. 372 **dividantur** : il nostro Codice però ha **dividant** non **dividuntur**, nè **dividantur**.

[2]) Troya ib. **procurrant** per **percurrant**.

[3]) Vesme N. C. n. c. « **emittat)** *Male Verc.* **amittat**, *et Cav.* **ammittat**. »

tricis mariae, cuius vestem suscipiunt duppliciter; de pecunia vero eiusdem religiose femine, quae, quod absit, voluntariae adulterium perpetraverit, sic faciat, sicut antea de religiosa femina statuimus, que se marito copulaverit.

LXXVII. Si duo fratres aud pater et filius thingati fuerint [1]), et unum ex ipsis sine filiis, aut filiabus mortuus fuerit, curtis regis ei succedat. Ideo autem nos scripsimus [2]), quia et sic adfictum in aedicto proprio non fuit, Tamên omnes iudices et fideles nostri sic statuerunt, ut guaderfia [3]) antiqua usque nunc sic fuissent.

LXXVIII. De possessione qui aliquid de publico habuerit, aut habet, et per sexaginta annos iure quietus possedit, liceat eum in antea sine aliqua molestatione habere et possidere. Hoc autem ideo statuimus, quia possessio aliorum hominum secundum langobardorum legem in triginta annis finitur. Causam quidem regalis, unde compositio expectatur, dupplicata statuit decesso, noster roctari rex componere; propterea nobis rectum comparuit, una cum nostri iudicibus, ut et iniusta causa de possessione dupplicentur ipsi anni, ut fiant sexaginta. Et si iudex aut auctor noster ipsum qui possessionem talem pulsaverit, quod ipse rem iniuste possedisset, et non sunt completi ipsi sexaginta annis, Tunc ille, cuius possessio est, dicat iuratus ad sancta evangelia, aut de se, aut de patre, aut de avio, quod ipsam rem per principem, quale ausus fuerit nominare, ipse aut parentes ipsius per LX annos possedisset, nec eam per legem dimittere debeat, et sit postea securus. Et hoc facere ausus non fuerit, aut forte castaldeus, aut auctor regis probare potuerit, quod completi sexaginta annis ipsa possessio non fuisset, et veritas apparuerit quod de publico fuisset, Aut ostendat preceptum, aut ammittat ipsam rem. Et si forsitans aliquid de servum, aut de aldione regis comparaverit [4]) et probata causa fuerit,

---

[1]) **Thingati fuerint,** « *Idest,* nota il Muratori, per **thinx** *manumissi fuerint, libertate eis donata,* ut *in lege CCXXV Rotharis.* (Troya op. cit. pag. 419 Nota 12).

[2]) Troya ib. **non scripsimus** per **nos scripsimus.**

[3]) « **Ut antiqua.** Manca nel Cavense la parola **Catarfreda** o **Cadarfreda,** cioè *consuetudine,* la quale « si legge ne' codici Fuldensi dell' Heroldo, ne' Muratoriani e ne' Vesmiani. » Non si capisce come il Troya abbia ciò detto nella Nota 13) dell'op. cit. pag. 419, mentre nel Codice Cavense non manca la voce, ma è variata; ed il Vesme N. C. n. 373 fa notare tra le varianti di tutti gli altri Codici quella del Cavense: « **guaderfia** *Cav.* »

[4]) Troya op. cit. pag. 420 **comparuerit;** e pure il Vesme N. C. n. c. « *Cav.* **comparuerit** » ; il nostro Codice però ha **comparaverit.**

relaxet ipsam rem in publico, quia de servum aut de aldione regis possessio venditionis esse non debes, sic nec de aliorum servis vel aldionibus.

LXXVIIII. De hominem qui caballum in, mercatum comparare voluerit, ut ante duos vel tres homines eum emere debeat, Nam non secrete; et si postea aliquid ipsum caballum cognoverit, habeat testimonia in quorum psesentia comparavit, Et postea causa furtim calumnia non faciat; et si ad ipsos testes non crediderit, qui furtum querit, firmet ipsi testes ipsos per sacramentum, excepto si tales homines fuerint, quibus rex aut iudex sine sacramentum credere possint. Et si homines non habuerint, in quorum presentiam comparavit, nisi simpliciter comparavit, et dixerit quod de franco, aut nescio de qualem hominem comparasset, componat ipsum caballum pro furtum.

LXXX. De furonibus ut unusquisque iudex in civitatem suam faciat carcerem sub terram, et cum inventum fuerit, ipsum furtum componat, et comprehendat eum et mittat ipsum in carcerem ad annos duos vel tres, et postea dimittat eum sanum. Et si talis persona fuerit, ut non habeat unde furtum ipsum componat, debeat eum dare in manu illius cui furtum fecit, et ipse de eo faciat quod voluerit. Et si postea in furtum temptus fuerit, decalvet eum, e cedat per disciplinam, sicut debet furonem, Et ponat ei signum in frontem et in faciem; et si nec sic emendare voluerit, et post ipsam disciplinam et districtionem temptus fuerint, vendat eum foris provincia, et habeat sibi iudex pretium ipsius. Verumtamen, ut pro talis causa sit, et non eum sine vera probatione debeat vendere [1]).

LXXXI. Si quis homo caballum perdiderit, aut aliam qualecumque rem, ut dat ad iudicem qui in locum positus est, ubi furtum factum fuerit, et dicat ei omnia, qualiter ei contingit. Et si iudex neglectum fuerit ad inquirendum ipsum furtum, de proprio suo componat ipsum; et si dixerit, quod nullum neglectum fecisset, nisi quod invenire non potuisset, sit absolutus; quod si iurare ausus non fuerit, componat ipsum furtum de proprio suo, ut supra.

LXXXII. Si quis carrum cum bobes in silva sua invenerit, et lignamen superpositum, aut qualecumque rem honeratum, et ipsos boves et carrum comprehenderit, et ad propriam suam duxerit, non sit culpabilis, pro eo quod in rebus suis eum invenit.

LXXXIII. [2]) De omnibus iudicibus quando in exercitum ambulare necessitas fuerit, non dimittat

---

[1]) Troya op. cit. pag. 421 **et non cum vera probatione per et non eum sine vera probatione.**

[2]) « Questa legge, scrive il Troya op. cit. pag. 423 Nota 19), comprende, sto per dire, una storia

alium hominem, nisi tantummodo qui unum caballum habuerit, hoc est homines sex. Et de minibus hominibus, qui nec casas, nec terras suas habent, dimittat homines decem, et ipsi

« civile intera de' Longobardi. La divisione delle persone tra essi ; la nobiltà ed i suoi vantaggi ; la « povertà ed i danni di coloro, i quali **nec casas nec terras suas habent** ; il servizio militare ; l'immu- « nità e l'esenzioni; le previdenze della guerra, che tutte le disposizioni della presente legge fanno « scorgere vicina in Italia, dopo una lunga pace. Quel numerar quanti uomini e quanti cavalli deb- « bano spedirsi o no all'esercito, non è altro se non ciò che narra Gregorio II Pontefice a Leone « Augusto: *) *Langobardi et Sarmatae Decapolim infestarunt ; .... Ravennam occuparunt* , DELE- « CTU HABITO. Ed ecco per l' appunto il *delectum habere* che si fa in qualche modo con la presente « legge, restringendo l' immunità de' guerrieri e de' cavalli. »

« Famosa controversia tra uomini dottissimi fu quella di saper la vera data della lettera di Gre- « gorio II a Leone Augusto; qui però mi sia permesso di risolvere sì fatti dubbj con un colpo solo e « non preveduto ; con la data, cioè, del 726, che i Codici Fuldensi, dell' Heroldo, i Vesmiani ed il « Cavense assegnano concordemente alla Legge Liutprandea, non che l'Ambrosiano presso il Mura- « tori. Nel 1 Marzo 726 adunque, correndo l'anno quattordicesimo del Re, la Dieta di Pavia prepa- « rossi alla guerra, scorgendo l' Iconoclaste improntitudini dell' Imperatore Bizantino, ed aspirando « ad impadronirsi di Roma, di Ravenna e di tutto il rimanente d' Italia. Nella primavera, che prossi- « mamente seguì, l' esercito Longobardo accennò all' Esarcato, e tosto s' impadronì di Ravenna; ca- « duta la quale, Gregorio II ne scrisse a Leone Augusto. Male adunque, se altro non vi fosse, a' pre- « parativi della guerra, descritti nella legge del 1 Marzo 726, si vorrebbe assegnare il tardo effetto « d' una spedizione di Liutprando contro Ravenna e l' Esarcato non prima del 730 o del 731, e cre- « dere verso gli stessi anni 730 e 731 spedita la lettera di Gregorio II in Constantinopoli. Nobili con- « seguenze, dal fermar nel 726 la caduta di Ravenna in mano a'Longobardi, procedono per la Legge « degli Scribi, promulgata nell' anno seguente da Liutprando: e tutti comprendono quanta luce si « spanda su questa medesima Legge, dal sapere con certezza, che l'Esarcato di Ravenna, o tutto od « in parte, si possedeva dal Re nel 1 Marzo 727, quando a' Longobardi ed a tutti gli altri suoi sud- « diti antichi del Regno, non meno che ai nuovi dell' Esarcato, si permetteva il pubblico uso del « Dritto Romano, mercè i contratti, celebrati dinanzi gli Scribi. » — Il Vesme N. C. n. 374 fa avver- « tire, che « *Ei qui dimisit, non ei qui dimissus est, hac lege multa imponitur;* »

*) *Mansi, Conciliorum XII* 960-976 *sub Anno DCCXVI.*

homines ad ipsum iudicem faciat per ebdomadam unam operas tres, Usque dum ipse iudex de exercitu revertitur. Sculdahis vero dimittat homines tres qui caballum habent, et tollat ad saumes suas ipsos caballos tres. Et de minoribus hominibus dimittat homines quinque qui faciant ei operas, dum ipse reversus fuerit, sicut ad iudicem diximus, per ebdomadas operas tres. Saltarius quidem tollat caballum unum, et de minoribus qui ei operas faciat, Tollat hominem unum, et faciat ei operas, sicut supra legitur; et si amplius iudex, aut sculdahis, vel saltarius dimittere presumpserit homines sine permissum regis, aut iussum, qui in exercitu ambulare debent, guidrigild suum componat in sacro palatio. [1]) Hec omnia superius comprehensa, que ante per divisionem atque iudicium finita et statuta sunt, et terminum positum est, sic maneant, sicut antea statuta; que autem amodo emerserint, sic terminentur, sicut nunc in presenti edicti pagina affiximus.

LXXXIIII. [2]) Si quis timorem dei inmemor ad ariolos aut ariolas pro aruspicis aut qualibuscumque responsis ab ipsis accipiendis ambulaverit, componat in sacro palatio medietatem pretii

---

[1]) Quest' ultimo brano della presente legge: **Hec omnia superius ..... affiximus**, nel Troya si legge stampato diviso da essa, e nel Vesme forma l' Epilogo del Volume Ottavo.

[2]) Il Copista del Codice Cavense recise di netto, come si esprime il Troya, il Prologo delle Legge dell' Anno XV di Liutprando. — « *In Cav. omittitur et anni nota et prologus, ita ut hujus anni Edictum cum superiore jungatur: recte tamen annus exhibetur in indice* (Vesme N. C. n. 375). Noi suppliremo a questa mancanza del nostro Codice riportandolo dal testo Vesmiano.

« *Incipit De anno Quintodecimo* (*Kalendis martiis, anno DCCXXVII.*).

« *Tam enim octo vicibus illa in antico Edicti corpore aucmentare previdemus, quae credimus « Deo et bonis hominibus placita esse. Modo quidem una cum nostris judicibus et reliquis Langobar- « dis fidelibus nostris, diae Kalendarum martiarum, anno, Deo protegente, regni nostri quintode- « cimo, indictione decima, iterum pro quietitudine pauperum et omnium Langobardorum fidelium « nostrorum tranquillitatem prospeximus in Edicti corpore illa adjungere, unde antea erat incerta « definitio, quoniam alii volebant per usum, alii per arbitrium judicare. Sed melius nunc est, ut ille « imponatur terminus unde nostri subjecti non fatigentur, et qualiter omnium unus fuit una nobis- « cum consensus, ita amodo et in futuro deveat permanere.*

« *Primum omnium statuere previdemus pro christianae et catholicae Legis defensione, quatinus « nullus a fide Christi oberrare presumat, sed firmiter in ea permanentis Deum possemus habere « defensorem atque propitium.* »

sui, sicut appretiatus fuerit, tamquam si eum aliquid occidisset [1]), et insuper agat penitentiam saecundum canonem institutam. Simili modo, et qui arborem quam rusticis sanctum [2]) suum vocant, atque ad fontanam adoraverit, aud sacrilegium, vel incantationes fecerint, Similiter medietatem pretii sui componat in sacro palatio; et si quiscumque sciens ariolost aut ariolas, et non eos manifestaverit, aut illos celaverint, qui ad ipsos vadunt, suprascripte pene subiaceant; qui autem servum suum, aut ancillam, ad ipsos ariolos, aut ariolas transmiserit ab aliqua responsa ab eis recipienda, et probatum fuerit, suprascripta pena componat. Si vero servus aut ancilla, sine voluntate dominorum suorum, tantum ex sua auctoritate, aut ad ariolas, aut ad ariolos ambulaverint, similiter ad aliqua responsa accipiendam, nunc dominus eorum venundare eos debeat foris provincia; et si neglexerit eorum hoc facere, suprascripta pena subiaceat.

LXXXV. Si quis iudex aut sculdahis, atque saltarius, vel decanus de loco, ubi arioli, aut ariolas fuerint, neglexerit amodo per tres menses exquirere et invenire, et per alios homines inventi fuerint, tunc componat unusquisque de loco suo medietatem pretii sui, sicut supra legitur. Et si manifestum fuerit, quod sciat iudex, aut sculdahis, vel saltarius, aud decanus, ubi ipsi arioli aut ariolas sunt, et eos non condempnaverint, et premium tulerint, aut causa pietatis, vel pro qualecumque ingenio eos absolverint, Tunc integrum guidrigild suum in sacro pa-

---

[1]) « **Tamquam si eum aliquid occidisset.** Ecco spiegato chiaramente ciò che non trattandosi d'omi-
« cidj, cominciò ad intendersi dal 721 in qua con le parole *pagare il suo guidrigildo* fermo anche
« restando il *guidrigildo vero* per pena degli omicidj e per l' *apprezzo* del capo d' ogni cittadino Lon-
« gobardo. — Cinque furono i casi dal 721 al 727, ne' quali comandarono le Leggi Liutprandee doversi
« apprezzare i *guidrigildi* come tante multe dei delitti diversi dell' omicidio :

« 1 Anno 723 Per le frodi de' *Mundualdi* (Leg. XXX testo Cavense).
« 2 Per le sedizioni (*ibid.* Leg. XXXV).
« 3 724 Testimonio falso (*ibid.* Leg. LXIII).
« 4 727 Consultar gli *Arioli.*
« 5 Notari negligenti.

« Crebbero poscia, d'anno in anno, i casi posti dalle Leggi pel pagamento di qualche *non vero gua-
« drigildo* » (Troya op. cit. pag. 456.).

[2]) Il Troya interpreta la parola abbreviata **scm**, **sacramentum**; noi crediamo d' interpretarla **sanctum.** Il Vesme non interpetra il **scm** del Cod. Cav., ma ritiene **sanctivum** dall'Heroldo, dal Walter e dal Cod. della Cattedrale di Modena presso il Muratori.

latio componat. Et si per iudicem inquisiti aut inventi fuerint sine notitia de sculdahis, Tunc habeat ipse iudex potestatem foris provincia eos vendere, et pretium sibi tollere atque habere. Nam si per sculdahis inventi fuerint, medietatem de ipso pretio tollat iudex, et medietatem sculdahis. Et si decanus, aut saltarios ipsos ariolos, aut ariolas suprascriptos sacrilegos invenerint et sculdahis suo manifestaverit, tertia parte tunc ipse decanus, aut saltarius de ipso pretio, per quem inventi fuerint, habeant sibi, et duas partes tollat ipse sculdahis. Et ita prospeximus, ut unusquisque [1]) iudex, aut sculdahis faciat preconem [2]) mittere, et qui usque modo ipsa nec dicenda opera egerint [3]) sive masculos, sive feminam, ut amodo non faciant. Et si amodo non fuerint, non vadant venales. Nam, si post ipsum preconem, in talis malis operibus inventi fuerint, pene suprascripte subiaceant. Et ita volumus, atque precipimus, ut unusquisque sculdahis, et saltarius, atque decanus iurare debeat iudici suo ad sancta dei evangelia, quia in ipsa causa nullum neglectum ponat, quia iustum est, ut in nostra causa neglectum ponere presumant, nec nobis celare quae contra nos agent, aut consiliant, quanto magis non debet neglectum ponere in causa dei, que plus est ad perquirendum.

LXXXVI. Si quis caballum alienum in damnum suum invenerit, et iuxta anteriorem edicto ad clausuram minaverit, et illam rationem fecerit, que edictus anterior continet, sic exinde procedat iudicium, sicut gloriose memorie rothari rex instituit. Nam si amplius aliquid in ipso caballo facere presumpserit, quam in edicto anteriorem legitur, si ipse caballum nichil malis passus fuerit, componat pro ipsa inlicita presumptione, iusta qualis caballus ipse fuerit, medietatem praetii, quantum ipse caballus appretiatus fuerit, pro ipsa inlicita presumptione, et ipsum caballum sanum restituat domino eius. Nam si ipse caballus mortuus aud lesus fuerit, sic componat, sicut anterior edicto legitur, Et supra ipsa inlicita presumptione componat ut supra

LXXXVII. Si quis cum servum, aut aldionem, vel cum pertinentem alienum de quacumque rem convenerint sine notitia domini eius, que in anteriore edicto non continetur, et probatum

---

[1]) Il solo Codice Cavense ha **unusquisque**, tutti gli altri **unusquis**, nota il Vesme N. C. n. 376.

[2]) « **preconem**) **Pro praeconium**, *seu, ut Itali dicimus:* **bando**. *Mansit vox Italicis quibusdam dia-* « *lectis* » (Vesme N. C. n. c.).

[3]) Troya op. cit. pag. 457: **egent** e poi fra parentesi (**egerunt**); il nostro Codice ha **egerint**.

fuerit, quos res domini sui naufragasset, tunc reddat ipsam rem, qui eam emit, aut suscepit [1]), absque pretio domino eius. Ita ut satisfaciat per sacramentum, quod amplius exinde non tulisset, et postea dominus eius faciat de servo aut de aldione suo quod voluerit.

LXXXVIII. De servis fugacibus, quia iam antea capitolum istum affiximus [2]), sed non est specialiter dictum, in quale spatium dominus eius eum perquirere debeat, ut ei iustitiam faciat qui eum compellat, Modo vero ita prospeximus, ut si fuerint in beneventum, aut in spoliti, habeat spatium dominus eius menses tres; quod si fuerit infra tuscia, habeat spatium menses duos. Et si fuerit in ista parte alpes [3]), habeat spatium perquirendum mensem unum, Et faciat iustitia ei, qui eum de servo suo compellat.

LXXXVIIII. Si quis coniugis sue meta dare voluerit, ita nobis iustum comparuit, ut ille qui est iudex, debeat dare, si voluerit, in solidis C.C.C.C. amplius non minus, quomodo convenerit, et reliqui homines nobiles [4]) debeat dare solidos CCC amplius non [5]) minus, quomodo voluerint. Et si quiscumque homo alter minus voluerit dare, quomodo voluerint, sic faciant [6]). Et ipsa meta subestimationes fiat data et adpretiata, ut nullo in tempore exinde intentiones aut causationes procedant.

XC. Si quis res alienas, casas aut terra, aut pecunias, aut familias malo hordinem possederit, et per legem aut iustitiam et iudicium, exinde convinctus, aut expulsus fuerit, nichil exinde componat, nisi retro tempus reddat fruges et labores sub sacramentum ab illo die, quod exinde compellatio facta fuerit, aut manifestata est [7]).

---

[1]) Il Vesme N. C. n. 376 dice che queste parole sono glossa o variante inserita nel testo: *Cav.* **eam emit aut suscepit**: *glosa aut varia lectio, quae, ut saepe alias in hoc codice, in textum irrepsit.* »

[2]) Troya ibid. pag. 460 **affixum** per **affiximus**.

[3]) « **Alpes**) *Pro Appennino, qua significatione saepe vox usurpatur apud recentiores Tuscos scriptores, Guicciardini, Segni, alios* » (Vesme N. C. n. c.).

[4]) I Codici Cavense e di Madrid hanno **nobiles**, quello di Vercelli ha **novelis** e quello d'Ivrea **novili** (Vesme N. C. n. c.).

[5]) « **CCC, amplius non**) *Cav. post haec addit* **minus quomodo voluerit**; *desunt etiam in edd.* » (Vesme N. C. n. c.).

[6]) « **minus voluerit, quomodo convenerit**) *Solus Cav.* **minus voluerit dare, sicut convenerint sic faciant** (Vesme N. C. n. c). Il nostro Codice però non ha **sicut convenerint** ma **quomodo voluerint**.

[7]) Di fianco a questa legge nel margine laterale sta scritto nel nostro Codice: **Roth. cap. CCLIIII.**

XCI. De scribis hoc prospeximus, ut qui cartam scribent [1]) sive ad [2]) legem langobardorum, sive ad romanorum, quoniam apertissima [3]) et pene omnibus nota est, non aliter faciat, nisi quomodo in ipsis legibus continentur. Nam contra nostram legem langobardorum, aut romanorum non scribant, quod si non sciunt, interrogent alteros; et si non potuerit ipsas leges pleniter sciri, non scribant ipsas cartulas. Et si aliter facere presumpserit, componat guidrigild suum, Excepto si aliquid inter collivertos evenerit. Et quicumque de lege sua subdescendere voluerit, et pactiones, aut convenientiam inter se fecerint, et ambas partes consenserint, istud non inputetur contra legem, quia ambas partes voluntariae consenserunt et faciunt, et ille qui talem cartam scribet, culpavilis non inveniatur esse. Nam quod ad hereditandum pertinet per leges [4]), scribant, [5]) et quia de carta falsa in anteriore edictum affixum est, Sic permaneant[6]).

XCII. Si quis liber homo in terra alienas residens, libellario [7]) nomine homicidium fecerit, et fugam lapsus fuerit, Tunc ille, in cuius terra ipse homicida habitavit, habeat spatium in mense uno ipsum hominem homicidam perquirendum [8]); et si eum invenerit, licentiam habeat ipsum hominem, quamvis liber sit, comprehendendum, Et tradendum in manu illius cui homicidium fecit. Et si hoc non fecerit, debeat dare medietatem de omnibus rebus mobilibus, excepto terras, aut tectoras quas in ipsa casa ipse homicida habuit. Quod si nec

---

[1]) « **ut qui chartulas scribant** » Testo Heroldino.

[2]) Il Vesme nel suo Testo delle Leggi Long. stampa: « **sibe a legem Longobardorum** «; e poi nelle N. C. n. 377 dice: « a) *Italica forma pro* **ad** *quod habent Cav. et Ma.*

[3]) **apertissima**) *Ita omnes codd., tum edd. Heroldi, Muratorii, Walteri;* **aptissima** *edd. Georgisch « et Canciani ex Lindenbrogio. Notanda autem lectio codicis Cav., in quo verba* **sive ad Romanorum** *« transferuntur ante* **quoniam apertissima**; *sed obstant codd. rell. et edd. omnes.*; (Vesme N. C. n. c.).

[4]) « **per legem**) *male Cav.* **per leges** (Vesme ibid.).

[5]) **et quae de hac chartula, in anteriori Edicto fixa sunt, sic permaneant.** (Testo Heroldino). I Codici Muratoriani ed i Vesmiani uniti al Cavense, alla parola **chartula** aggiungono l' altra di **falsa,** che manca nell' Heroldo. (Troya op. cit. pag. 470. Nota 21).

[6]) Nel margine laterale di questa legge si trova scritto **Roth. cap. CCLIII. Roth. cap. LXIII.**

[7]) « **livellario)** *Ita Verc. et Epor.*; **libelladio** *Cav. et Ma. Ita et mox.*, (Vesme N. C. n. c.) Ma tanto il Troya nella sua Edizione, che il Cod. Cav. hanno **libellario** non **libelladio.**

[8]) « **ipsum hominem perquirendum)** *Cav.* **ipsum hominem homicidam perquirendum.** *In Ma. omit« tuntur verba* **perquirendum ipsum hominem,** *errore e recurrentibus vocibus orto* (Vesme N. C. n. c.).

hoc voluerit facere ipse cuius terra est, dari debeat, libellario nomine, ipsa terra ei cui homicidium factum est, et reddat ei exinde, sicut ille reddebat qui homicidium ipsum fecit. Tamen de his tribus capitolis in illius sit potestatem aeligendi cuius terra est, ut faciat exinde unum, qualem voluerit.

XCIII. Si quis mulierem, seu puellam, aut religiosa feminam, que in alterio mundio est, in sacramento mittere presumpserit, componat mundoald eius solidos L, et in palatio solidos L.

XCIIII. Si quis fream alienam [1]) sine voluntate de mundoald eius movere de casa ubi sederit, presumpserit, et alicubi duxerit, componat ille qui in capud est, pro illicita presumptione mundoald eius solidos octoginta. Et si liberi homines cum ipsum fuerint, componat unusquisque per capud solidos viginti, servi autem in compositione domini sui computetur. Nam si forte ille homo liber, qui ipsam fream de casa ubi ipsa est, tulerit, et sibi uxorem duxerit, componat, sicut rothari rex instituit.

XCV. Si quicumque liber homo ancillam suam pro religionis et munditie causam vestem religionis induerit, et ei, sicut consuetudo terre istius est, inferendam, aud oblationem per loca sanctorum debeat deportare, et contingerit ex peccatis causam, ut quispiam homo eam uxorem tulerit, ubicumque inventi fuerint, separentur, et componat ille qui eam tulit uxorem, domino eius solidos quadraginta, et illa revertatur ad pristinum gradum; et si aliquis eam, quod absit, adulteraverit, simili modo componat domino eius solidos XL, quia edictus anterior continet, ut componatur de ancilla gentile adulterata viginti solidi, de dei quidem ancilla iustum est, ut compositio ipsa sit dupliciter. Verumtamen sic statuimus, ut si probata causa fuerit per presbitero, aut alium sacerdotem, quomodo vestem ipsam religiosam induta est, ut non faciat alicui homini calumnia pro figmentum, sed pro certa veritatem, ut dum probatio vera facta fuerit, et sic ipsa compositio fieri debeat, Hec [2]) autem modo omnia quae in presentem edicti corpore affiximus, si deinceps cause emerserint, sic debeant terminate fieri, sicut nunc statuere visi sumus, que antea demerserunt, sic determinentur, sicut antea institutio fuit.

---

[1]) « **Si quis fream alienam.** Chiamavasi **frea** la donna, che vivea sotto il **Mundio** altrui. Muratori « soggiunge ottimamente nelle note: *Erant enim omnes* **freae**. Male adunque nel Glossario Cavense: « **Frea,** *idest* **puella** *quae in alterius* **mundio** est: In altri Glossarj della barbarica latinità le **Free** diceansi **mondiane, mondiate**; ed anche **mondualde** (Troya ibid. pag. 479 N. 24).

[2]) Queste ultime parole della Legge XCV nel testo Vesmiano formano l'epilogo del Volume Nono.

De anno XVI [1]) Cap:

XCVI. Si quis pro causam suam aliquid iudici cuicumque loco posito [2]), vel fideles regis dederit, et viventem eo requisierit dicendo quod liberatus non sit, faciat iustitiam illi post quantoscumque annos requisierit; nam si post mortem eius filios, aut heredes eius pulsaverit, sic statuimus, ut si viventem patrem pulsaverit proclamandum ad regem, aud compellandum per tales homines, quorum fides ammittitur, et veritas apparuerit quod pulsaverit, et iustitia minime invenire potuit, faciant ei filii, ut heredes iustitiam, sicut lex est. Si autem

---

[1]) Nel nostro Codice manca il Prologo delle leggi dell' anno XVI di Liutprando; noi suppliremo a questa mancanza riportando quì in nota non l' Heroldino, come fa il Troya, ma sì il Vesmiano, che pel primo lo pubblicò dal Codice Parigino 4614;

« *Pluribus jam quidem vicibus in antiquo Edicti corpore ea adjungere curavimus, quae pro* « *salute animae et gentis nostrae salvatione esse prospeximus. Nunc alia, quae simili modo, ea con-* « *siderantes, secundum Deum recte esse cognovimus, ut nec perjuria nec jurgia inter nostros emer-* « *gant fideles, praevidentes una cum nostris judicibus atque fidelibus Langobardis, et modo presenti* « *tempore, die Kalendarum martiarum, anno, CHRISTO protegente, regni nostri XVI, indictione* « *undecima, iterum adjungere. Deum invocamus testem, non pro aliqua vana gloria aut laude* » *humana querendum, sed Dei omnipotenti placendo, et nostros de errore tollendo subjectos.* »

Nella citata lettera poi al Merkel il prelodato sig. di Vesme a pag. 569 parla del detto Prologo e di qualche altro de' seguenti volumi. « Tutt' i prologhi ed epiloghi, ei dice, da me editi dell' Editto di « Liutprando già erano publicati dall'Heroldo, dal Muratori, o dal Blume; bensì coll'ajuto di varii ma- « noscritti ne corressi il testo, e diedi intero quello dell'anno XVI che trovasi nel solo Parigino « 4614; leggesi pure, ma abbreviato presso l' Heroldo, e più abbreviato ancora nel manoscritto « d' Ivrea. Manca tuttora, nè esiste in alcun manoscritto conosciuto, il prologo dell' anno XXI, tro- « vandosi tuttavia in alcuni codici brevi annotazioni di copisti, una delle quali contiene la data, e « pare estratta dal prologo stesso, od averne tenuto luogo. » Il Troya continua la pubblicazione delle leggi di Liutprando dell' anno decimo sesto del suo Regno, 728 Marzo 1 (dal testo Cavense) a p. 488 dell' op. cit. Tomo III.

[2]) Il Troya op. cit. pag. 489 Nota 1) si scaglia contro il copista del Codice Cavense; noi invitiamo chi legge a dire, se veramente quel povero copista fosse meritevole di cotanto biasimo. Egli stampa **iudici cumque loco posito,** e poi fra parentesi (**vel qualecumque loci praeposito**); mentre il copista del Cod. Cav. non aveva mai scritto **cumque**, ma **cuicumque**. Or fu quel benedetto **cumque**, pel quale al Troya venne meno « ogni coraggio a frugare per entro la barbarie del Cavense un qualche senso buono delle parole. »

intra anni spatium [1]) preteriret, etiam si pulsaverit, non habeat facundia filios aut heredes repetendum, nisi sit sibi contemptus, quia èt de guadia et de fideiussorem, et de sacramentum ita domnus rotharus decessor noster in anteriore edicto sic statuit, ut post anni spatium, cuius pars neglexerit, ammittat ipsam rem suam. Ideoque nobis congruum paruit esse, ut ipse qui sine guadia et fideiussorem repetere quesierit, post anni spatium facundia non habeat requirendum.

XCVII. [2]) Si quis alium pulsaverit de servo suo, aud de aldionem, quod furtum, aut homicidium, aud aliquod malum fecisset, si viventem ipsum servum[3]), aut aldionem pulsaverit, et compellationem fecerit, faciat ei iustitiam, quando eum quesierit; nam, dum ipse servus advixerit, dominus eius non pulsaverit, nisi post mortem servi, aud aldioni ipsius quesierit, a domino eius, ut ei iustitiam faciat. Decrebimus, ut nullam facundiam habeat requirendum, si, vivente servo, aut aldione, non pulsaverit dominum eius, quia iniuste nobis apparet [4]) libertatem suam [5]) et sit ancilla regis, et ipse qui eam libertavit, componere regi aliam talem,

---

[1]) « **si intra**) *Cav.* **si autem intra** , *errore orto e proxima lacuna. Nam ob recurrentes voces* **anni spatium** *in Cav. omissa sunt verba* **post mortem et anni spatium;** (Vesme N. C. n. 379).

[2]) « Qui, dice il Troya a pag. 490, v' ha una confusione deplorabile nel Cavense: manca il numero XCVII con parte del XCVIII. ecc. Egli però cadde in un piccolo equivoco: non manca il n. XCVII ma sì la fine di questa legge numerata ed il principio della seguente. Manca poi il n. XCIX, giacchè in principio di questa legge il copista del Cod. Cav. scrive il n. **XCVIII**. Noi suppliremo in nota alle mancanze.

[3]) Il Troya stampa **si inveniatur ipsum servum;** ed il Vesme N. C. n. 379 puranche dice: « *Pro* **vivente** *Cav.* **inveniatur** »; il nostro Codice però ha **si viventem ipsum servum.**

[4]) « *Cav.* **apparet:** *tum oscitantia librarii omissa est reliqua pars huius capituli, et initium sequentis usque ad verba* **amittat ipsam** (Vesme N. C. n. c.).

« **... ut posteus** (*Ma.* **postquam) servo aut aldionem ipsum inquirere non potest, ut ei aliquam iustitiam faciat** »

« **XCVIII. Si servus cujuscumque ancillam alterius tulerit, et dominus ancillae eam libertaverit** « **et amund fecerit, aut si eam vendiderit et qui eam emit doloso animo libertaverit, et servus ipse** « **in servicium permanserit, amittat ipsa. . . .** » (Testo Vesmiano).

[5]) « **libertatem suam)** *Ab his verbis iterum prosequitur Cav., et ita quidem ut, nulla lacunae indi-* « *cio et eodem contextu, haec cohaereant cum superioribus* (Vesme N. C. n. c.).

aut pretium, quantum ipsam valuerit, det, eo quod çolludium fecit. Servus vero ipse sit in potestatem domini sui et ancillam ipsam faciat dominus servi suam cum pretium suum, aut qualiter a rege optinere potuerit.

XCVIII. [1]) De puero intra aetate decrevit clementia nostra cum nostris iudicibus, vel reliquis longobardis, ut sicut in alio homine, dum intra hetate est, de rebus suis aliquid donare non potest, Ita nec regi donare non possit, antequam ad legitimam etatem pervenerit, quia de causa ista multe contentiones fuerunt.

C. [2]) Nullis sit licentiam qualibet mulierem mundium eius habent in potestatem post mortem mariti sui ante anni spatium eam velare, aut monachile habitum suscipere, vel induere [3]); quod si ipsa sua voluntate ante anni spatium hoc facere disposuerit, veniat ad palatium regis, et dicat clementie eius voluntatem suam, et interrogata vel inquisita diligenter a rege, et sic per eius permissum accipiat religionis velamen. Si vero ante anni spatium sine permissum regis quis hoc facere praesumpserit, componat regi guidrigild suum, mundium vero mulieris vel res eius sit in potestate palatii, quia qui hoc ante [4]) anni spatium querit facere per lucrum pecunie, vel sancti huius cupiditatem hoc facere querit, nam non pro amore dei aut anima eius salvandam, quia post mortem viri sui, dum dolor recens est, in qualem partem voluerit, animus eius inclinare potest. Nam cum in se revertitur hac carnis delectatio obvenerit, eo quod peius est, in adulterium cadit, et nec monacha esse invenitur, nec layca esse potest. Et si alter quisque homo, in cuius mundium non est, hoc facere presumpserit, componat guidrigild suum in sacro palatio, et ipsa cum rebus suis sit in potestate mundialdi sui

CI. Si quam mulier velamen religionis induta fuerit observata, qualiter in superiori capitulo affixa sunt, in monasterio intrare voluerit, si filios aut filias habuerit, in quorum mundium

---

[1]) « *Ob lacunam quae est in extremo cap. XCVII et initio cap. XCVIII, hoc in Cav. signatur numero XCVIII. Recte tamen numeri se habent in indice* (Id. ibid.).

[2]) « *Etiam in Cav. signatur numero C. omisso scilicet numero XCVIIII* (Id. ibid.). Di fronte al primo verso di questa legge sta scritto nel margine laterale: **Roth. cap. XV.**

[3]) « **induere**) *Cav.* **suscipere vel induere**. *Falsa autem est glossa, ex qua prior ea lectio* **suscipere** « *orta est; non enim de ipsa femina loquitur lex, sed de viro, qui, ut in mulieris bona succedat, eam* « *monachico habitu induat* (Vesme N. C. n. c. e 380).

[4]) « **hoc ante**) *Male Cav.* **ante hoc** (Vesme ibid.).

esse inveniatur, cum tertiam portionem de propriis rebus suis intret in monasterium. Et post obitum eius remaneat in ipsum monasterium, ubi ipsa intraverit. Si vero filios aut filias non habuerit, cum medietatem de rebus suis in monasterio introhire possit, si voluerit. Et post eius decessum permaneat ipsa medietas in ipso monasterio. Nam si in domum permanserit, potestatem habeat de rebus suis iudicare pro anima sua, aut cui voluerit, tertiam portionem, duas vero portiones [1]) ex rebus eius sint in potestatem ipsius, ad que mundium eius pertinet.

CII. Si quis vero langobardus habuerit filium legitimum masculinum, aut filiam legitimam unam, aut plures, et antequam eam ad maritum tradat, ad mortem venerit, potestatem habeat ad filias suas per cartam donationis, si voluerit, usque ad quartam portionem de rebus suis iudicare; et si iudicaverit, stabile permaneat. Si vero duos filios legitimos habuerit, et filiam legitimam unam, aud plures, septimam portionem earum de rebus suis iudicet, si voluerit. Nam si vero amplius fuerit filii, per hanc rationem computetur; si vero patrem viventem eas ad maritum tradiderit, hordinet eam iuxta legem [2]), qualiter voluerit.

CIII. Nulli sit licentia coniugi sui de rebus suis amplius dare per qualecumque ingenio, nisi quod ei in die votorum in metphio, [3]) et morgincapud dederit, secundum anteriorem edicti paginam, et quod superdederit, non sit stabile.

INCIPIT PROLOGUS DE ANNO XVII. [4])

Visi sumus iam etiam in volumine antiquo edicti corpore illa edicere curavimus, que deo placita sunt et genti nostre expedivilia esse cognovimus, ut nunc quidem propter singulas

---

[1]) « **portionis** *Cav. et Epor. addunt* **ex rebus ejus**: *glossa, quae in textum irrepsit* (Vesme ibid.).

[2]) Troya op. cit. pag. 49 **hordine teneam iuxta legem** per **hordinet eam iuxta legem**.

[3]) Di fronte al quarto verso di questa legge nel margine laterale sta scritto: **Roth. cap. LXXXVIII.**

[4]) « Assai dilungasi questo Prologo del Cavense da' Codici Vesmiani, quanto alle parole, ma il « senso è lo stesso. Manca del tutto sì fatto Prologo nell' Heroldo; presso il quale anzi havvi una per- « turbazione, mettendosi le leggi dell'anno XIX, avanti quella del XVII (Troya op. cit. pag. 498. « Nota [1]). *Hunc Prologum primus edidit Blume* (in Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschi- « chtskunde : *Bd. IV. S. 377*) *e codice Cavensi. Ex Blumio repetiit Walterus, sed extra sedem.* « *Emendatiorem edimus ex Cav. Ma. Parisiensi utroque; . . . in Epor. breviatus et mutatus est. In* « *Par. 4613 non modo anni nota huic prologo nulla praeponitur, sed ipsi adscribitur numerus CV,* « *ut hic prologus et quae proxime sequuntur capitula in eo codice partem constituant Edicti de anno* *XVI.* » (Vesme N. C. n. 381.)

vexationes, que inter homines oriuntur [1]), prospeximus etiam et modo adiungere, que oportuna esse probantur. Et itaque statuimus atque censuimus a die isto kalendarum martiarum anno regni nostri, deo propitio, septimo decimo, indictio [2]) duodecima, Sic debeat de istis causis iudicium procedere; nam quod antea statuimus atque statuta sunt modo [3]), Modo minime revolvantur, quia nobis sic constitit cum nostris iudicibus, tam de austrie [4]) et de tuscie partibus, seu cum ceteris langobardibus nostris.

CIIII. [5]) Si servus cuiuscumque habens legitima uxorem, et aliam ancillam super eam duxerit, componat dominus servi, sicut in edicto de adulterio continet, ei, cuius ancilla postea tulit. Ancilla vero ipsa pro inlicita presumptione accipiat talem disciplinam a domino suo in presentia de domino servi [6]), ut alia ancilla hoc facere non presumat.

CV. De his qui inlicito matrimonio ante tempus nati sunt, et ei legitimi fratres sui voluntarie partem dederunt, in ipso debeat permanere, et eos exhereditare minime debeant. Nam pater non possit illos illicitos filios, neque per thinx, vel per qualiscumque ingenio heredes constituere; hoc autem ideo statuere previdimus, ut omnis homo qui vult, accipiat uxorem legitimam, non inlicite contraad nuptias. Si autem fratres non sunt, et parentes propinqui fuerint, qui potuerint legitime ad hereditatem venire, et usque modo tacuerunt, taceat et in

---

[1]) Il Troya ed il Vesme dicono che il Cavense abbia **exoriuntur** invece di **oriuntur**.

[2]) Troya ibid. **indicio duodecima** per **indictio duodecima**.

[3]) « **statuta sunt modo**) . . . ; *perperam Cav. et edd.* **statuimus atque statuta sunt modo** (Vesme N. C. n. c.).

[4]) « **tam de Austria. Manca nel Cavense, quam de Neustria**: parole rimaste sotto la penna del Co- « pista, le quali non si tralasciano punto ne' Codici e nel testo del Cav. Vesme. Si noti frattanto in « qual modo Liutprando nel 1. Marzo 729 fosse tornato all'antica divisione geografica del suo Regno, « in Austria, Neustria e Tuscia; divisione, che avea intermessa due anni addietro, nel 1 Marzo 727, « quando la sua fortuna gli facea sperare le più grandi vittorie contro l'Imperio; e quando pensava « dividere in nuova guisa i suoi dominj, dando loro i nomi di Benevento, di Spoleto e di Tuscia (Troya op. cit. pag. 499 Nota 1).

[5]) La pubblicazione delle leggi del decimo settimo anno di Liutprando, 729 Marzo (Dal testo Cavense) continua nella cit. op. del Troya a pag. 500 Tomo III.

[6]) « *Esten. Cod.* **in praesentia de domino servi, ut alia ancilla hoc facere non praesumat.** *Italicae « linguae exordia heic etiam vide. Nunc ita loquimur*: in presenza del padrone del servo (Muratori R. I. S. Tomo I. par. II pag. 71 Nota 87). *Mediolani* 1725.

antea. Et nullam habeat contra eos, qui possederit, per triginta annos facundiam loquendi, dicendo, quod exheredes esse debeant, nisi quod per triginta annos possiderunt, possideant in antea.

CVI. [1]) Si quis aldia alienam aud suam ad uxorem tollere voluerit, faciat eam guidribora [2]), sicut edictus continet de ancillam. Nam si quis sine ista ordinationem eam quasi uxorem habuerit, filii qui ex ea nati fuerint, non sint legitimi sed naturales.

CVII. Si plures homines carta convenientiae inter se fecerint et pena posuerint, et post annos unum [3]), duos, aut tres, vel amplius, de ipsa convenientiam se subtrahere voluerit, aut pena ruperit, unusquisque per caput componat ipsa penam quam posuerunt, in integrum, quia omnes unanimiter consenserunt, et nullus eis imperavit talem causam facere. Ideo per capud componat qui ruperit ipsam penam, sicut per caput voluntarie consenserunt.

CVIII. Si quis fideiussorem aud debitorem suum pignoraverit, et ipsum pignum recolligere neglexerit, et eum per duodecim dies dimiserit [4]), tunc ille qui pignum ipsum aput se habuerit, si servus aut ancilla est, custodiat eum, ut ei fugam non faciat [5]), et faciat eum sibi operare [6]) sicut suum proprium servum aut ancillam. Et insuper habeat licentiam repignerare in saecunda vice, ut sit ipsa pignora in triplum. quantum debitum est. Et si pertriginta die pignora ipsa debitor aut fideiussor recolligere neglexerit, si in eustria [7]), aut in austria fue-

---

[1]) Di fronte al primo verso di questa legge sta scritto nel margine laterale: **Roth. cap. CLXV.**

[2]) « **faciat eam guidribora**. Ovvero pienamente libera per sposarla, come prescrisse Rotari nella « sua legge 223 (Troya ibid. pag. 501 Nota 3).

[3]) Queste parole **post annum** sono disapprovate dal Vesme N. C. n. 382. Egli nel suo Testo ha **postea**, e dice: *Male Cav.* **post annum** ». Nel nostro Codice però si legge: **post annos unum**, quantunque la parola **annos** pare alquanto rasa.

[4]) Di fronte al terzo verso di questa legge nel margine laterale sta scritto: **Roth. cap. CCLII.**

[5]) Il Vesme ibid. nota che nel Cod. Cav. « *deest* **ei** »; ma nel nostro codice si legge l' **ei**, cioè, **ut ei fugam non faciat** e non già **ut fugam non faciat**, siccome stampa il Troya op. cit. pag. 502. Il testo Vesmiano invece di **fugam** ha **fatiga**: **ut ei fatiga non faciat**. Sulla quale variante il ch. Editore scrive poi così nelle N. C. n. c. « **fatiga**) *Ita optime Verc.;* **fugam** *codd. rell. et edd. Sensus est: custodiant « eum, et ejus operas sibi habeat, ita tamen ut eum graviore labore* (**fatica** *seu* **fatiga** *vocant Itali*) « *non premat, sed eo ita utatur ut proprio servo aut ancilla.* »

[6]) Troya ibid. **et faciat eum operare** per **et faciat eum sibi operare.**

[7]) **eustria**. A questa parola manca in principio la lettera **n** nel nostro codice. Il Troya stampa **in**

rint, amittat ipsa pignora, et non habeat facundiam requirendum. Si vero in tuscie partibus fuerint, habeat spatium in die sexaginta; nam si super sexaginta diebus fuerint, similiter amittat pignora ipsa. Insuper potestatem habeat qui pignoravit, causam suam in antea per legem agere et procurare.

CVIIII. Si quis permissum habuerit debitorem, aut fideiussorem suum, aut per boves, aut caballos domitos pignorares possit, et pignoraverit, et intra duodecim noctes pignora sua debitor, aut fideiussor recolligere neglexerit, potestatem habeat eas [1]), minare, sicut sua propria, et gubernare, Et mortuus fuerit, non requiratur. Nam [2]) si pulsatus fuerit, quod iniquo animo plusquam sua animaliam minasset, satim faciat ei solus ad evangelia. Si vero intra triginta dies in ista parte alpes [3]) dilataverit, et non recollexerit, sicut superius de servo aut ancilla statuimus, Ita de caballo et boves, Aurum, vel argentum, Vestimenta, Heramenta, Ferramenta, et animalia minuta, vel qualibet pignus fuerit, sic esse censuimus.

CX. Si quis servum alienum aut ancilla loco pignoris tenuerit, et furtum aut homicidium vel quolibet malum fecerit [4]), non reputetur proprio domino culpa, nisi ei qui eum tenet, quia postquam eum pro debito suo comprehensit, sic custodire debuit, ut aliquid mali non possit facere. Si vero ancilla fuerit, et cum ea ipse qui pigneravit, aut servus eius adulteraverit ante prefinitum constitutum, quod superius posuimus, de triginta aut sexaginta dies, componat adulterium ipsum domino eius, cuius fuerit ancilla. Post constituto vero triginta, aut sexaginta dierum spatium, sit in potestatem eius qui pignoravit, si ipse, cuius fuerit, recolligere neglexerit.

CXI. Si quis servum aut aldionem alterius per colludium comprehendere presumpserit dicendo, quod supra furtum suum eum comprehendisset, aut tacito noctis tempore in curte sua eum invenisset, et colludius ipse apparuerit, et certa apparuerit veritas quod colludius fuisset,

---

Neustria, e nella Nota 5) dice; « **In Neustria aut in Austria**. Quì dal Cavense non si dimentica niuna « delle tre parti antiche del Regno; l' *Orientale* cioè, ovvero l' Austria: l' Occidentale, ossia la Neu- « stria; la *Meridionale*, additata col nome di Tuscia, e questa dovea distendersi di là da Salerno nella « regione meriggia del Ducato di Benevento. »

[1]) « **eas**) *Male Cav.* **res**. (Vesme ibid.) Questa parola **res** non si legge nel Cod. Cav. ma sibbene **eas**.

[2]) Di fronte al quinto verso di questa legge sta scritto nel margine laterale : **Roth. cap. CCL.**

[3]) « **aut per LX dies illa parte Alpis**) *desiderantur haec in Cav* (Vesme N. C. n. 383).

[4]) Troya ibid. **fuerit** per **fecerit**. E più sotto **debit** per **debuit**.

componat ipse qui eum apprehendere per talem ingenium presumpsit, ei, cui fuerit servus aut aldius, quantum ipse componere debuit, si absque colludio aut fraudem eum presisset, idest furtum ipsum quod querebat, in actigild et illicita presumptione solidos XL [1]), si ipse, colludius apparuerit.

CXII. De puella, unde iam antea diximus, ut in duodecim annos legitima sit ad maritandum, sic modo statuimus, ut non intrantem ipsum duodecimum annum set expletum, sic sit legitimam ad maritandum. Ideo nunc dicimus hoc, quia multas intentiones de causa ista cognovimus, et apparet nobis, quod inmatura causa sit ante expletos annos duodecim.

CXIII. [2]) Si quis langobardus voluerit in filios suos sibi bene servientem aliquid largire, habeat licentiam in hoc modo, ut si fuerit duo filii, tertiam partem substantie suae possit meliorare eum, qui ei bene et secundum deum obediens fuerit, et ei servierit; et si tres fuerint, habeat licentiam quartam partem remeliorare quem voluerit; et si fuerit quattuor filii, tribuat quintam partem [3]); et si fuerit sex, septimam; et si amplius fuerit, per hoc numero numerentur, ut semper qui patrem vigorem habeat, qualiter ei filii sui recte, ut diximus, obaediant et deserviant. Et si toti ei bene servierint, habeat equalitatem substantiam patris; quod si forsitans quisque saecunda et tertiam uxorem duxerit, et habuerit filios, et de anteriore coniugem et de sequentem, non habeat potestatem illos posteriores, quorum mater vivit, meliorare, dum ipsa vixerit, nec dicat aliquis, quod per ipsam mulierem talis suasio facta fuisset. Defuncta autem mulierem, pater licentiam habeat facere, sicut supra legitur, quia credimus secundum deum esse. Et dum [4]) servos qui bene serviunt, remelioratos videmus, et remuneratos a dominis suis, quam illos qui recte non serviunt, quanto magis debet fieri recta causa [5]), ut pater filium suum meliorare, et remunerare possit, qui ei melius servierit.

CXIIII. [6]) Si puella sine voluntate parentum absconse ad maritum ambulaverit, et ei metam nec promissa, nec data fuerit, et contigerit, ut maritus se ante moriatur, quam mundium de eo faciat, contempta sit ipsa mulier, nec possit postea metam querere ab heredibus

---

[1]) « . . .; **et si furtum non repetierit, nisi de tacito in curtem suam comprehensus dixerit, conponat solidos quadragenta** (*Desiderantur haec in Cav.* » (Vesme ibid.).

[2]) Di fronte al primo verso di questa legge sta scritto nel margine laterale: **Roth. cap. XII.**

[3]) « *In Cav, Ma. et Epor. desunt verba* **et si fuerint quinque filii, sextam partem** (Vesme ibid.).

[4]) **Ut dum** : **Et dum** *Cav., in quo universus locus male interpunctus* (Vesme ibid.).

[5]) Troya ibid. pag. 505 **rata causa** per **recta causa.**

[6]) Di fronte al primo verso di questa legge è scritto nel margine laterale: **Roth. cap. CLXXXVIII.**

eius qui defunctus est, pro eo quod neglegenter sine voluntate parentum suorum ad maritum ambulavit, nec fuit qui iustitiam ei exquireret [1]).

CXV. Si quis possederit qualecumque rem, movile vel immobile, per cartam falsam, et probatum fuerit, quod ipsum munimen falsum ipsa rem possideat, non eum defendat monimen suam, vel possessio sua, hoc est per triginta annorum, nec excludat illud, cuius res legibus fuit, sed amittat ipsam rem, quam per cartulam falsam possiderat, sicut diximus, si probatum fuerit, et ille ipsam recipiat, cui antea per legem pertinere videbantur.

CXVI. Si quis commutaverit terram aridam, aut pratum, vel silvam, et ibidem laboraverit, et edificium fecerit, aut clausuras, vel vineam posuerit, et postea surrexerit tertius homo, qui ipsum locum suum faciat, et ille qui eum dedit, defendere non potuerit, recipiat rem suam quam dedit, et insuper ille qui dedit, si defendere non potuerit, ipsum damnum ei restituat, quantum adpretiatum fuerit, quod in ipsa commutatione laboravit, vel aedificavit. Set et de comparatione ista statuimus, sicut et de commutatione. Hoc autem de his causis dicimus, unde carta commutationis aut venditionis homines inter se non faciunt; nam unde cartam faciunt, atque ostenduntur, sic debeat esse, sicut in ipsam cartam legitur.

INCIPIT PROLOGUS DE ANNO NONODECIMO [2])

Superstitiose et bene contentiones assidue nostra inpulsare clementiam non cessant. Et dum ad resecandas intentiones improborum noster intenderet animus, quicquid nostris iudicibus, vel reliquis langobardis rectam comparuerunt, Sicut etiam vicibus nobis alia statuta sunt, Ita ut nunc in presentem nonodecimo anno regni nostri, die kalendarum martiarum, indictione quartadecima, decidere et confirmare in huius edicti paginam previdimus, Ut si amodo de his capitolis que subter adnixi sunt [3]), aliqua intentio excreverint, sicut statuimus, ita finiantur, hoc determinentur [4]) leges.

---

[1]) Troya ibid. **qui justitiam ejus exquireret** per **qui iustitiam ei exquireret.**

[2]) « *Hunc item prologum primus edidit Blume* (in Archiv. der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskundes Bd. IV. 5. 378) *ex codicibus Cavensi, et Ambrosiano, Mediolanensi, quem postremum, hoc loco longe emendatiorem, potissimum secutus est, et ex Blumio repetiit Walterus. Nos adhibuimus codices Cavensem, Matritensem, Parisienses duos,...* » (Vesme N. C. n. 385).

[3]) Troya op. cit. pag. 559 **que subter ad vixe sunt** per **que subter adnixi sunt.**

[4]) « **determinentur**) *Edd. addunt* **Lege** *et Cav.* **Leges**, *quod Ma., Par. uterque rectius omittunt. Glossa est seu inscriptio, praemissa numero sequentis capituli* (Vesme ibid.).

CXVII. [1]) Si infans ante decem et octo annos quos nos instituimus, ut sit legitima etas, sponsalia facere voluerit, aut sibi mulierem copulaverit, habeat potestatem et metam faceret, et morgincaput dare, iuxta edicti tinorem, et obligationem faceret, et fideiussorem ponere, et cartam si voluerit, pro causa ista scribere, et qui fidemiussorem extiterint, aut scriba qui pro causa ista cartam scripserint, Nulla exinde habeat damnietatem, quia nos ideo ad illam usque etatem perduximus causam de infantibus, ut ipsi [2]) non debeat res suas naufragare aut disperdere, non pro ista coniunctionem, quam deus precepit, absolvimus, ut fiat.

CXVIII. [3]) Recolimus enim quod statuimus cum nostris iudicibus, ut qui hominem liberum occidere presumpserit, omnem substantiam suam ammitteret. Modo vero, dum repeterent singuli homines cui forte aliquam duritionem detinebant, quod parentes eius qui in lectulo suo mortuus fuerat per venenum, occidissent, et dum per pugnam ipsam causam, sicut antiqua fuerat consuetudo, querere disponebat, Grabis causa nobis esse comparuit, ut sub unum scutum per pugnam omnem substantiam suam homo ammitteret. Ideo statuere previdimus, ut si amodo talis causa emerserint, quis ille mortem parenti sui querere per pugnam voluerit quod eum per venenum occidissent, observata ea que in anteriore aedicto affiximus, ut per evangelia affirmet, quod non asto animo causam ista querat, nisi quod certa sit eius suspectio, Tunc potestatem habeat querere per pugnam, sicut antiqua [4]) fuit consuetudo; et si ei ferita venerit cui crimen ipsum ingeritur, aut ad camphionem [5]) ipsius quem conductum habet, Non ammittat omnem substantiam suam, sed componat eum saecundum qualitatem persone, sicut antea fuit lex componendum, quia incerti sumus de iudicio dei, et multos audivimus per pugnam sine iustitiam causam suam perdere, sed propter consuetudinem gentis nostre langobardorum legem ipsam [6]) mutare non possumus.

---

[1]) La pubblicazione delle leggi del decimo nono anno di Liutprando, 731 Marzo 1 (Dal testo Cavense) nel Troya continua nello stesso Tomo III dell' op. cit. a pag. 561.

[2]) Tanto il Troya, che il Vesme leggono **ut si**, ma per verità nel nostro Codice sopra il **si** vi è scritto con carattere più piccolo **ip**, epperò abbiamo letto e stampato **ut ipsi** invece di **ut si**.

[3]) Al margine laterale del Codice sta scritto: **Roth. cap. CXLII.**

[4]) Il Troya quì e più sotto stampa sempre **antiqua** per **antea**.

[5]) Troya op. cit. pag. 562 nel testo e nella Nota 2) **amphionem** per **camphionem**

[6]) **legem ipsam mutare non possumus.** L' Heroldo e Muratori leggono **Legem impiam**. Empia sì « certamente; ma poteva il Re chiamarla tale nella Dieta di Pavia del 1. Marzo 731? Riprovarla potea, « e la riprovò con tutte le forze dell' anima. Laonde mi sembra più conforme alla vera la lezione del

CXVIIII. Si quis filiam suam aut sororem alii sponsare voluerit, habeat potestatem cui voluerit [a]), libero tamen hominem, sicut anterior edictus continet; nam postquam eam sponsaverit, non habeat potestatem alteri homini ad maritum dandum ante biennium tempus [2]); et si dare cuilibet presumpserit, aut ipsa sponsalia rumpere voluerit, componat sponso eius anteriori, sicut inter se pena firmaverint, qualiter in anteriora edicti legitur pagina, insuper in palatium regi guidrigild suum. Si vero sine voluntate patris aud fratris eam tulerit, quem iam alteri est disponsata, componat ad sponsum eius duppla meta, sicut anterior edictus continet, Et in palatium regis guidrigild suum; pater vero aut frater, qui talem causam non consenserunt, sint soluti a culpa. Puella vero ipsa, que suam voluntatem hoc facere presumpserit, si aliqua ei portio ex parentum successione debetur, ammittat ipsam portionem suam, et nuda et vacua de rebus parentum suorum vadat, et ipsi succedant qui per legem succedere possunt, nec possit ei, nec pater, nec frater per quodlibet ingenio aliquid dare, aud hereditatem relinquere. Quia excrevit vitium hoc in gentem nostram pro cupiditatem pecunie, et ideo eum resecare volumus, ut inimicitia cessent, et faida non habeant. Si autem, quod absit, post sponsalia facta, talem inter parentes ipsos excreverint inimicitia, qualecumque causa interveniente, ut homicidium de parentes ipsorum veniat, unde duritiam inter se teneant, si dare aud tollere noluerint [3]), componat pars qui neglexerint, sicut inter se statutum habuerunt, et sint absolutus, quia non est bonum, ut ibi quispiam debeat dare filiam suam, aud sororem, vel parentem suam, ubi vera inimicitia homicidii esse [4]) probantur.

CXX. Continet autem anterior aedictus de frea sua qui eam male tractaverit, ut ammittat mundium ipsius, et [5]) non dicit, qualis sit ipsa mala tractatio, proinde providimus dicere, qualis sit

---

[a] Cavense: **legem ipsam**, confortata da due Codici Modenesi veduti dal Muratori, e da' Vesmiani (Troya op. cit. pag. 563 Nota 4).

[1]) Queste parole **habeat potestatem cui voluerit** non si leggono nell' Edizione del Troya ibid.

[2]) « **bienni tempus**) *Cav.* **biennium tempus.** *Romani, et quidem Theodosiani, juris vestigia hic « agnoscere mihi videor; cf. Cod. Theod. c. 5 (brev. 4) de nuptiis (3,11). De solo sponso qui nuptias « per biennium distulerit, agit c. 4 Cod. Theod. eod., seu c. 2 Cod. Tust. eod.* (5, 1) Vesme N. C. n. 386).

[3]) Il Troya stampa **voluerint** per **noluerint** ed il Vesme nelle N. C. n. 387, fa lo stesso. Ecco le sue parole: « **voluerint**) *Ita Verc. et Cav.;* **noluerint** *Ma., Epor., Edd.: utrumque recte.* »

[4]) Troya op. cit. pag. 564 **ubi vero inimicitia esse** per **ubi vera inimicitia homicidii esse.**

[5]) Il Troya idid. pag. 565 stampa **ut (at) non dicit**; il nostro Codice non ha **ut** ma sibbene **et**

ipsa mala tractatio, idest, si eam fame negaverit [1]), aut vestimentum, vel calceamentum, saecundum qualitatem pecunie non dederit, aut ad servum vel ad aldionem alterius eam uxorem dare presumpserit, aud eam battere turpiter presumpserit. Et si infans fuerit [2]), pro honesta disciplina ostendendum ei mulierem opera, aud ad vitium malum emundandum sicut de propria filia sua, et si eam in indecibilem opera coacta minaverit, aut si ipsam adulteraverit, omnia haec facere presumpserit, mala tractatio dicimus esse. Insuper et addidimus, ut nec ad liberum hominem eam ad maritum absque eius voluntate dare presumat, quia peius tractatio esse non potest quam si illum virum tollit, quem ipsam non vult. Ideo statuimus, propter plagas, aut ferita si fecerit, aut de adulterio componat eidem femine, sicut aedicto continet, et mundium eius ammittat.

CXXII. [3]) Si quis amodo inventus fuerit cum uxore aliena turpiter conversari, Idest, si manus in sinum aut ad pectus [4]) eius miserit, vel in alium locum, unde turpe esse potest, cum consensum ipsius mulieris, et probatum fuerit, componat qui hoc malum perpetravit, guidrigild suum ad maritum ipsius mulieris. Nam si tantummodo de suspectum alium de uxore sua compellaverit, Licentiam habeat ipse qui compellat, aud ad pugnam, aud ad sacramentum ipsum hominem querere, qualiter voluerit. Si vero ipsa mulier in hac illicita causa consentiens fuerit, potestatem habeat maritus eius in ea dare vindictam, sive in disciplinam, sive in venditionem, ubi voluerit. Verumtamen non occidatur, nec ei sematio corporis fiat. Siquidem forsitan talis fuerit ipse liber homo, qui non habeat unde compositionem faciat, Tunc puplicus debeat eum dare in manu mariti eius, et ipse in eum faciat vindictam in disciplinam, aut in venditionem, nam non occidendi, aut semandi. Si autem aldius aut servus alienus hoc malum in libera muliere facere presumpserit, Tunc patronus eius componat ad maritum ipsius mulieris solidos sexaginta, et ipsa persona det ei in manus. Si vero servus, aud aldius alienus per voluntate domini sui hoc malum fecerit, quod supra scriptum est, et probatum fuerit, quod ipse dominus consenserit, componat, sicut supra, guidrigild suum; sic tamen, ut ipse servus, aud aldius in ipsa compositio tradatur. Et si probatam causam non fuerit de domini eius voluntatem, Tunc ipse dominus servi, aud aldioni purificetur per sacramentum cum legitimis sacramentariis suis, ut in ipsum malum consentiens non

---

[1]) **negaverit)** *Ita Verc., Cav., Epor., pro* **necaverit** (Vesme ibid.).

[2]) Il Troya ibid. **ea si infans fuerit** per **et si infans fuerit**.

[3]) «*Hoc caput in Cav. signatur numero CXXII, non turbatis tamen ceterorum numeris* (Vesme ibid.).

[4]) Troya ibid. **aut de pectus eius miserit** per **aut ad pectus eius miserit**.

fuisset, et sit absolutus. Tantum est, ut fiat, sicut supra premisimus, vel statuimus de servo, vel de aldione.

CXXII. Si quis miser et insipiens homo presumpserit sponsare mulierem habentem virum, Sive si ipse vir eius egrotus fuerit, sive sanus, sicut et nobis talis modo causa adnotata est, et probatum fuerit, componat ipse qui hoc malum fecerit, guidrigild suum ad maritus eius, et ipsa suscipiat in se talem condempnationem, quales superius diximus, de illa muliere qui se turpiter adtractare permittit.

CXXIII. Si quis furorem accepto battiderit hominem liberum aud mulierem liberam, aud puellam que in scandalum, ubi viri litigant, venerint, et per ipsas feritas ponderosus, aud ponderosas effecta fuerit, sicut et modo factum audivimus, componat medietatem pretii ipsius masculi, tamquam si eum occidisset, et de femina simili modo medietatem pretii ipsius, tamquam si fratrem eius occidisset. Excepto si plagas aut feritas fecerit, componat, sicut anterior edicto legitur.

CXXIIII. Si quis aldium, vel aldia servum vel ancillam battiderit, et per ipsam battituram ponderosi facti fuerint, medietatem pretii componat domino vel patrono eorum, tamquam si occidisset eum. Excepto plagas aud feritas, sic componat, sicut in edicto anteriore legitur.

CXXV. Si quis malitiose et per superbiam, sicut modo factum cognovimus, mulierem liberam, aud puellam sedentem ad necessitatem corporis sui, aut in alio loco, ubi ipsa femina pro sua necessirate nudata esse videtur, pungere, vel percutere presumpserit, componat ad mundoald eius solidos octoginta. Et si aldius, aud servus fuerit qui hoc facere presumpserit, componat dominus eius solidos sexaginta, et ipsa persona qui hoc malum fecit, tradere debeat in manu de mundoald eiusdem femine.

CXXVI. Si aldius cuiuscumque aldia alterius tulerit uxorem, et filios de ea procreaverit, sint filii eius aldionum, cuius et mater [1]) fuerit. Nam si postea mundium fecerit, et filii nati fuerint, sicut anterior edictus continet, patrem sequantur, et talem legem habeat cum patrono suo, qualem et pater eorum habuit.

CXXVII. Si quis romanus homo mulierem langobardam tulerit, et mundium ex ea fecerit, et post eius decessum ad alium maritum ambulaverit sine voluntatem heredes prioris mariti, fahida et anegriph non requiratur, quia postquam romano marito copulavit, et ex ea mun-

---

[1]) Troya ibid. pag. 569 **cuius eo mater** per **cuius et mater**.

dium fecit, romana effecta est. Filii qui de tale matrimonio nascuntur, saecundum patrem romani fiunt, et legem patri sui vivunt. Ideo phaida et anegriph minime componere debeat, qui postea tulit, sicut et de alia romana.

CXXVIII. In alterioris edicti corpore capitulum adfiximus, ut si guadiam suam solvendam, quispiam homo tres fidesiussores habuerit liberos homines, et ipse qui guadiam suscepit, reddere neglexerit, sic componat, sicut et ille qui non habuerit fideiussores paratos. Modo vero, dum prabos homines cognoscimus, tales fideiussores statuere velle qui nichil habeat, nisi solam personam suam, ut per eos iustitiam suam creditor ipse invenire non possit, Nunc vero statuimus, ut tales esse debeant fideiussores ipsi, ut si amplius non habuerint, quomodo eo pignerare possit, quam ipsa obligatio sit, vel tantum habeant, ut diximus, quanta ipsa obligatio sit, vel tantum habeant, ut diximus, quanta ipsa obligatio est, unde fideiussores intervenire debeant. Nam si minus habuerint, non sit culpabilis ille qui eos accipere noluerit, nec ipse qui dare debet, possit se excusare a culpa dicendo, quod fideiussores paratos habuisset, Quia inpossibile est, ut tales fideiussores homo recipiat qui nihil habeat, et si amplius non vel tantum quantum ipse debitus fuerit, quod loco tollere possit. Et si de presenti habuerit, unde dare tale fideiussore debeat qui recipiendi sunt, ecce bene; si autem ipsa hora non habuerit, sit spatium de ipsa guadia dies tres sine culpa, et postea debeat dare tales fideiussores, qui habeat unde persolvat, quod dare debet debitor. Si amplius vero dilataverit ad fideiussorem dandum, componat, sicut antea statuimus.

(CXXVIIII.) [1]) Intervenientem vanissimam et superstitiosam vel cupitam suasionem, et perversionem apparuit, modo in his temporibus, que inlicita nobis vel cunctis iudicibus nostris coniunctio esse comparuit, quoniam iam adulte et iam mature etatis femine copulabant sibi puerulos parvulos et infra aetatem legitimam, et dicebat, quod vir eius legitimus esse deberet, quod dum adhuc secum ipsa misceri minime valeret. Nunc itaque statuere previdimus, ut nulla amodo femina facere presumat, nisi pater, aut avius pueri, cum legitimis parentibus puelle hoc facere previdit. Nam puer, si post mortem patris aut avii sui intra etatem remanserit et eis equaliscumque femina antequam ipse puer decem et octo annos completos [2]) co-

---

[1]) « *Huic capiti numerus non adscribitur in Cav.; suo tamen numero recensetur in indice.*, (Vesme N. C. n. 389). Il numero CXXVIIII mancante nel nostro Codice si supplisce fra parentesi.

[2]) Qui il Troya pag. 574 nella nota 16) richiama la nota 1) della pag. 561 dove fece avvertire, che « il Cavense perturba miseramente i concetti di Liutprando; ed, invece del *duodecimo* o del *tredice-*

pulari presumpserit dicendo, quod maritus legitimus esse debeat, Irrita sit ipsa coniunctio, et separantur ab invicem; femina vero ipsa revertatur vacua cum opprobrio suo et non habeat potestatem alio viro se copulari, dum ipse puerulus ad aetatem suprascriptam perveniat. Siquidem impletam etatem pueri sibi eam ipse uxorem habere voluerit, sit ei licentiam. Et si eam noluerit, tollat sibi alteram, qualem voluerit. Illa vero si ad alium maritum ambulaverit, et ipse puerulus habere eam noluerit [1]), non ei possit vir suus qui eam tulerit, pleniter mephio dare, sicut ad alias puellas, sed medietatem tantum, sicut ad viduam mulierem; qui vero puer ipsum suaserit [2]), sive parentes eius, sive extraneus homo, componat solidos centum, medietatem regi, et medietatem ad ipsum puerum.

DE ANNO XXI [3]).

Haec sunt leges quas gloriosus liuprand addidit princeps [4]).

CXXX. Si quis coniugi sue malam licentiam dederit dicendo: vade, concumbe cum tale hominem, aut dixerit ad hominem: veni et fac cum mulierem meam carnis commistionem, et tale malum factum fuerit, et causa probata fuerit, quod per maritus eius factum sit, Ita statuimus, ut illa mulier qui hoc malum fecerit et consenserit, moriatur, sicut in anteriore edicto continet, quia talem causam nec facere debuit, nec celare, quia si vir eius cum ancilla sua, aud

---

« *simo* o del *decimo quarto*, pone il *decimo ottavo*, aggiungendo che forse nell'*Originale* di Liutprando e due leggi CXXVII e CXXIX stavano insieme, perchè l'una è compimento dell'altra. » Anche il Vesme N. C. n. 390 fa le sue avvertenze su di ciò. « *In Cav. est* **antequam ipse puer decem et octo annos completos,** *e superiore cap. 1 de anno nono, cuius praescriptum amanuensis codicis Cav. ad conjugia traxit, contra legis sententiam.* »

[1]) Troya ibid. **et ipse puerulus habere noluerit** per **et ipse puerulus habere eam noluerit.**

[2]) Id. ibid. **qui puer ipsum suaserit** per **qui vero puer ipsum suaserit.**

[3]) « Manca, scrive il Vesme nella più volte citata lettera al Merkel, tuttora, nè esiste in alcun manoscritto conosciuto il Prologo dell' anno XXI, trovandosi tuttavia in alcuni codici brevi annotazioni « di Copisti, una delle quali contiene la data; e pare estratta dal Prologo stesso, ed averne tenuto « luogo ». Nelle N. C. n. c. poi dice: » *Prologus anni hujus deest in omnibus codd.; ejus vestigia « servant codd. Cavensis, et Parisiensis uterque. Quae Cav. habet, ea jam edidit Pertzius* (Archiv. der Gesellschaft, Bd. IV. 5.377) *atque ex eo Walter.* »

[4]) Il testo Vesmiano ha dippiù. **Incipit Capituli de anno XXI, Kalendis Martiis, indictione I, domni Liutprandi Regis.** La pubblicazione delle Leggi dell' anno ventinovesimo di Liutprando, 733 Marzo 1. (dal codice Cavense) continua nel Troya nello stesso Tomo III dell' op. cit. a pag. 583.

cum alia femina adulterasset, mulier ipsa ad palatium aud iudices habuit proclamare. Ideo hoc tacere nequaquam debuit, quando ei pirus fuerat dictum; propterea, ut diximus, moriatur secundum anteriorem edictum. Ille autem vir eius qui ei tam malam licentiam dedit, et alterius homini talem auctoritatem tribuit in mulierem suam, talem malum perpetrandum, componat ad parentes ipsius mulieris sue, tamquam si in scandalum occisa fuisset, quia et ipsa ex peccatis in scandalum concurrere visa est, quando ad hoc malum perpetrandum visa est, vel accessit [1]), quia in maiorem scandalum currere non potuit, quam quando se ad mortem traxit. Ideo premisimus, ut componat vir eius, sicut supra statuimus, et res eiusdem mulieris, si filios habuerit, ipsi habeant; et si filios non habuerint, revertatur ad parentes ipsius mulieris. Eo quod credimus, quod talem malum ideo querat miser homo facere, ut ipsam mulierem perdat et res eius habeat. Ille autem homo qui ipsam mulierem adultaverit, quamquam cum viri eius consilio, siat traditus in manus de parentes ipsius mulieris, nam non in manu viri eius qui talem malum consensit, vel consilium inlicitum dedit. Item de causa ista, que supra premisimus, si consilium aut licentiam datam fuerit ad mulierem, et ipsa non consenserit, et manifestaverit causam ipsam et opera ipsa male facta non fuerit, tunc vir eius, qui talem licentiam et consilium dedit, componat, sicut in antea edictum affixum est, quomodo qui alii consilium malum dat, idest solidos quinquaginta, quia adhuc maior malitia est, quando homo ad mulierem suam inlicitum consilium tribuit, quam si ad alterum hominem malum consilium dedisset.

CXXXI. Si quis commendaverit res suas in cuiuscumque casa de conlibertos suos libero hominem, et contigerit, ut veniat fur, et res ipsa furaverit, et ipse in cuius casa res ipsa fuerat, reddiderit, aut si non reddiderit, tamen reddere debeat, et nos ita statuimus atque definivimus, ut qui res alienas commendatas susceperit, et eas perdiderit, restituat ipsas rem cui fuerint, et postea, si furtus ipse inventus fuerit, ei componat ipse fur de cuius casas ipsas res fuerit; quia ideo hoc prospeximus, quoniam, si illi componeret ipsum furtum cuius res fuerat, postea ille cuius casa rupit, quereret ei rupturam casae suae, et non possumus in una casa [2]) duas calumnias imputare. Ideoque sic nobis iustum fuit, ut ille qui res suas commendavit, recipiat ab ipso hominem cui commendavit. Et ipse de cuius casa rapta sunt, querat ab

---

[1]) Troya ibid. pag. 584 **vel accepit** per **vel accessit**.

[2]) « **causam)** ***Male Cav. et Epor.*** **casa** (Vesme N. C. n. 392).

ipso furone compositionem et tollat eam sibi, sicut lex est. Et ipse fur quamvis malefactor sit, non habeat de una causas duas calumnias.

CXXXII. Si quis fraudulenter tulerit ancillam alienam, et dixerit, quod servus aut aldius ipsius tulisset eam ad uxorem, et postea veritas apparuerit, quod non eam ipse servus, aud aldius ipsius tulisset eam ad uxorem, et postea veritas apparuerit, quod non eam ipse servus, aud aldius tulisset, Tunc primum omnium reddat ipsum mancipium cuius fuerit, et sit eius ancilla cuius antea fuit, et ille qui hoc malum facere presumpserit, det insuper talem aliam ancillam, aud aldionem eidem homini cui fraudem fecit, et opera reddat de ipsa ancilla quam fraudulenter tulit, quamdium eam apud se habuit.

CXXXIII. Si quis liber homo in casa alterius introhierit ad resedendum, et ei census reddiderit [1], et postea aliquid emerit, de illis rebus quas secum adduxit, quando in ipsa casa introhibit, aud forsitan abuerit res de muliére sua, si exinde emerit, et probatum fuerit, tunc ipsum negotium dimittat in ipsa casa, et recipiat pretium suum, et ipsa probatio in hoc ordine debeat esse, ut quando de res mulieris suae aliquid comparaverit, adducant homines qui sciant, quod ipsum pretium de rebus mulieris sue sit, et causa ipsa non veniat ad periurium; sed quando voluerit iurare, quod de rebus mulieris suae ipsa comparationis suae facta fuisset, et illi testes firmiter sciant, ut iurent, quia interfuimus, quando ipsa comparatio de rebus mulieris ipsius facta est, et sic postea recipiat pretium suum, et ipsum negotium remaneat in ipsa casa. Nam si de illo labore comparaverit quod postea laboravit aud fecit, postquam in ipsa casa ad censum reddendum introhibit, in ipso cespitem dimittat, ubi laboravit. Hoc autem ideo nunc affiximus, quia tantummodo causa ista in hoc modo semper et antecessorum nostrum tempore et nostro per wadarfid [2]) sic iudicatum est, nam in edictum scripta non fuit.

CXXXIIII. Si homines in unum vicum habitantes aliquam intentionem habuerint de campum aud de vineam, pratum, aud silvam, vel alia res, et colligerit se una pars, cum virtutem eamus [3]) et expellamus eos foras, et cum virtute ambulaverint [4]), et scandalum ibidem com-

---

[1]) Troya ibid. pag. 586 **et census reddiderit** per **et ei census reddiderit**.

[2]) « **Wadarfida** (ovvero **cadarfreda**) (Troya ibid).

[3]) Id. ibid. **et mus** (**eamus**)!; nel nostro Codice però si legge **eamus**.

[4]) Tanto il Troya, op. cit. pag. 587, che il Vesme, N. C. n. c., stampano **et cum virtute ambulaverimus**, mentre il Cod. Cav. ha **et cum virtute ambulaverint**.

missum fuerit, et plagas aud feritas facta fuerit, aud homicidium perpetratum, componant saecundum anteriorem edicto, quod gloriosissimus rothari rex instituit, vel nos addidimus. Pro inlicita autem presumptione de ipsa autem collectionem componant solidos viginti ad illam partem qui in campo, aud in vites, vel in prato, aud in silva, laborem suum faciendum damnum passus fuit. Hoc autem ideo instituimus, ut nullus presumat malas causas, in qualecumque locum excitare, aud facere, et non potuimus causam istam neque ad ariscild [1]), neque ad widrigild, neque ad consilium rusticanorum, aud ad sedictionem, et plus congruum paruit nobis esse de consilium malum, idest consilium mortis, quia quando se colligunt, et super alios vadunt, ut malum faciant, aud si casus evenerint, ud hominem occidant, et plagas et feritas faciant, ideo, ut diximus, assimilavimus causam istam ad consilium mortis, quod sunt, sicut supra premisimus, solidi viginti.

CXXXV. Annuntiatum est quidem nobis [2]), quod aliquis perversus homo, dum sequendam [3]) feminam in fluvio labaret pannos eius quod sibi habuit, aud operimentum corporis sui [4]) totos tulisset, et ipsa remansit nuda, et qui hibant, aud transiebant per locum illum, pro peccatis videbant turpitudinem eius. Ipsa autem in fluvio ipso semper stare non potebat, revertere autem ad casam suam nudam erubescebat, proinde statuimus, qui talem inlicitam presumptionem fecerit, componat eidem femine, cui talem turpitudinem fecit ipse inimicus homo, widrigild suum. Ideo hoc dicimus, quia si invenissed eum pater, aud frater, aud vir eius, aud propinquus eidem feminae scandalum cum eo committeret habuit, et qui superare potuisset unus alterum interficere habuit. Propterea melius est, ut se vivo componat widrigild suum, quam de mortuo crescant faida inter parentes [5]) et componat ei maior.

CXXXVI. Item annuntiatum est nobis, quod quidam homo habebat puteum in curte sua, et saecundum consuetudinem furcam et tolinum ad auriendam aquam, veniens autem alter homo stetit sub ipso tolino. Cum autem venisset quidam homo ad auriendam aquam in ipso puteo,

---

[1]) **ariscild.** Il Glossario Cavense: **Ariscild,** *idest* **Adunatio.**

[2]) Di fronte al primo rigo di questa legge troviamo scritto nel nostro Codice : **Roth. cap. CCCVI.**

[3]) « **sequendam** *pro* **se queta**) *Ita Verc. pro* **quaedam,** *an pro* **quieta** (*Italice* **queta, cheta**)» (Vesme N. C. n. 393).

[4]) **ad operimentum corporis sui**: *Pro* **ad** *Cav.* **aud.** *Ceterum haec verba, procul dubio genuina, soli habent Cav. et Ma.;* (Vesme N. C. n. c.)

[5]) Il Troya op. cit. pag. 588 **crescant faida,** invece di **crescant faida inter parentes.**

Et incaute ipsum tolinum dimisisset, venit super eum qui sub ipso stabat, et mortuus est. Cum autem requisitio eiusdem mortui fieret, quis eum deberet componi, et nobis relatum fuisset, Ita nobis et nostris iudicibus rectum paruit esse, ut ipse homo qui ibidem mortuus est [1]), quia non fuit animal, sed sensum rationabilem habuit, prospicere debuit in quale locum se ponere ad standum, aud quale pondum supra se videbat esse. Ideo reputet sibi duas partes pretii de compositione sua, et tertiam partem, quantum ipse saecundum edicti tinorem appretiatum fuerit, componat ille qui ipsam aquam incaute auriebat, et det eam filiis, aud ad propinquos parentes, qui ei heredes existunt, et sit causa finita absque omni dolo, vel in faida, quia nolendo factum est. Ille autem, cuius ipse puteum fuit, nullam habeat calumniam, quia si ei calumnia ingerimus, postea nullus permittit de puteum suum aquam levare, et quia omnes homines puteum habere non possunt, reliquis, qui sunt pauperes, moriuntur et etiam iterantes necessitatem patiuntur.

CXXXVII. Item relatum est nobis, quod quidam homo prestitisset iumentum suum alteri homini ad vecturam, et pollinus indomitus secutus fuisset matrem suam; dum autem per viam ambulasset, ille qui eum ad subiectum acceperat, contingit infantes in quodam vico stantes, ille pollinus de calce percussit unum ex ipsis et mortuus est. Dum autem parentes eius requireret mortem ipsius infantuli, et nobis retulisset, Ita prospeximus cum nostris iudicibus, ut duas partes pretii, qualiter ipse valuerit, componat ille cuius pollinus fuerit, et tertiam partem componat ille cui ipsum iumentum prestitum fuit; nam nos scimus, quia in anteriore aedicto legitur, si caballum cum calce damnum fecerit, dominus eius restituat ipsum damnum. Sed quia iste caballus prestitus fuit, et ipse qui eum suscepit in prestito, rationalis homo fuit, et potuit dicere, si neglectum non habuisset, ad ipsos infantes, ut se custodiret, ut hoc malum non proveniret, ideoque pro ipsa neglegentia eius, diximus, ut tertiam partem pretii eius componat.

CXXXVIII. Hoc autem rei veritas pervenit ad nos, quod quidam homo, diabolo instigante, dixit ad servum alienum: veni et occide dominum tuum, et ego tibi habeo facere bonitatem, quam volueris. Ille autem puer persuasus ab ipso intravit in causam ipsam mala et hisdem qui eum suaserat, in tanta malitia perductus est, ut etiam presentaliter diceret eidem puero: feri dominum tuum, et ipse ei pro peccatis feritam fecit, et iterum dixit ei: feri eum adhuc; nam

---

[1]) Il Troya ed il Vesme ibid. stampano **ibi demortuus est**, ma il nostro Codice ha **ibidem mortuus est**.

si non ei ferieris, ego te ferire habeo; Ipse autem puer conversus fecit eidem domino suo alteram feritam et mortuus est. Dum autem requisitio de morte eius et de compositionem fieret, volebat aliquis diçere, quod tantum deberet componere his qui ipsum puerum suasit, et in suam presentiam ipsum hominem ferire dixit, quantus edictus anterior continet de consilio mortis; sed nobis et nostris iudicibus, hoc nullummodo placuit, quoniam consilio mortis in occulto fiet concinnatum [1]), et aliquotiens perficitur, aliquotiens vero non perficitur. Nam hoc homicidium presentaliter factum est, et nos non dicimus esse consilium, quod hoc alteri homini verbotenus et presentaliter ostendit, et dicit: feri [2]) hominem istum; ideoque qui talem malum commiserit et probatum fuerit, non componat consilium mortis, sed componat, sicut nos nostro tempore in edictum adfiximus, ut perdat omnem substantiam suam, et medietatem accipiat exinde heredem defuncti, et medietatem curtem regis, excepto illa compositio antiqua, ad heredes ipsius qui occisus est in antea tollant, sicut in aedictum nostro tempore, ut dictum est, adfiximus. [3])

---

[1]) Troya ibid. pag. 590: **inoccultose et concinnatum**; Vesme D. C. n. 395. « **inoccultose et** Cav. »; il nostro Codice non ha questa voce **inoccultose**, ma sibbene **in occulto fiet concinnatum**.

[2]) Troya ibid. **fieri per feri**.

[3]) Mancano nel nostro Codice due Notizie, che il Vesme accoglie tra le leggi di Liutprando. Non potendo tali notizie omettersi, noi seguendo l'esempio del Troya le riporteremo qui dal testo Vesmiano co' suoi numeri fra parentesi, per non alterare la numerazione del Codice Cavense.

[2]) Questa particella **et**, nota il Vesme, esser quì malamente collocata, dovendo stare innanzi al precedente **ipse iudex** : » **et ipse judex**) *Male Cav. et Ma. transferunt particulam* **et** *infra post* **habet**: « *loquitur enim lex de fure* **sub alio judice** , *quem fur collega comprehensus prodiderit.* (Vesme N. C. n. 428).

[3]) Il Troya avverte fra parentesi, prima di questa, che le rimanenti Leggi Astolfine sono dell'anno 754, Marzo I. — Con questa legge X comincia nel testo Vesmiano il secondo Volume delle Leggi di Re Astolfo, del che Egli rende ragione nelle N. C. n. 428 e 429. — « *Hanc distinctionem Edicti Ahi-* « *stulfi in duo volumina non habent codices qui superiora capitula exhibent, seu Cav., Ma., Par.* « *4613; in aliis enim continua serie ea cum sequentibus capitulis X-XXII conjunguntur. Sed cum* « *superiora omnimo constet edita esse Ahistulfi anno primo, sequentibus autem praeponatur in vul-* « *gatis Edicti codicibus prologus de anno quinto, quem etiam, quamvis incongruo loco, exchibet ipse* « *Cod. Cav., necessario Edictum Ahistulfi in duo volumina distinguendum erat, et singula cum suo* « *prologo ad suum annum referenda.* »

[4]) Troya ibid pag. 492 **Recolimus etiam** per **Recolimus enim**.

filiis filiabus et sorores reliquerit, ipse haeredes ei succedere deberent, nam ametanes eorum filiis nepotum possessionum capere nullo modo potebant [1]), quia nichil de eisdem ametanibus continebatur aedictus, nisi ut sorores, aut parentes propinqui succedant, et dum remanebant in capillo in casa inhordinate patientes necessitatem servis copulabant; Ideo [2]), nobis inspirante, statuere previdimus, Ut si quis langobardus moriens sororem unam, aut plures reliquerit in casa in capillo, filiis ipsius [3]) debeat perpensare, qualiter ametanes eorum absque necessitatem vivere possint, saecundum qualitatem substantiae sue, ut ametanes eorum indigentiam non patiatur, Neque de victo, neque de vestimento, sed nec de obsequio suo ; et si in sacro monasterio sub statuta regula vivere voluerit, ab ipsis suis nepotibus ordinentur quid illi provisum [4]) fuerit, aut provenerit. Si autem predicti nepotes decesserint absque filiis filiabus, aut intestates sorores reliquerint, ametanes eorum qui in casa in capillos remanserit, cum ipsas nepotes suas in rebus nepotum et fratrum succedant, et equaliter quantecumque fuerint, succedant.

XI. Anterioris aedicti legitur capitula, Ut si quis langobardus pertinentem suum in quartam manum tradidit aut a se haamund fuerit, aut circa altarium deducendum sacerdoti tradiderit, soluti ab omni condicione maneant [5]) ; sed quoniam perversi homines benefactores suos accepta libertate, postponebant, et ipsi eum postmodum retinere nequaquam volebant, Multi homines timentes ne sui libertis eos postponerent, libertatem eis facere obmittant; Propterea statuimus, ut si quis langobardus pertinentes suos thingare voluerit in quarta manu, et carta illi fecerit, et sibi reservaverit servitium ipsius, dum adhuc vixerit et decreverit, ut post obitum eius liber sit, stabile debeat permanere, saecundum testus cartule quod ei fecerit, quia iniustum nobis paruit, ut homo benefactorem suum, vivente eo, dimittere debeat;

---

1) Id. ibid. pag. 493. **capere nullo (modo) mobant (potebant)**. Non sappiamo donde ricavasse questa lezione il Troya, mentre il nostro Codice, e puranche il Vesme N. C. n. 430 hanno — **nullo modo potebant**!

2) Qui il Vesme nota che nel Cod. Cav. manca la parola **Deo** assorbita dalla precedente parola **Ideo**. « **Deo**) *Deest in Cav. et Par. 4613, a postremis litteris vocis* **ideo** *absorptum.* » (N. C. n. c.)

3) Troya ibid. pag. 493 **filiis ipsum** per **filiis ipsius**.

4) Il testo Vesmiano ha **praevisum**, ma nelle N. C. n. c. avverte: « *Solus Cav.* **provisum**.

5) Dopo la parola **condicione** nel testo Vesmiano si legge la parola **servitutis**, che manca nel nostro Codice; ma lo stesso sig. di Vesme nelle N. C. n. c. accetta tale mancanza. « *Cav. Ma. Par. 4613,* « *Vat. omittunt* **servitutis**, *fortasse recte.* »

nam qui in aecclesia liberum dimiserit per manu sacerdotis, sic maneat ei libertas, sicut anterior edictus continet.

XII. Cognovimus enim multotiens perfidos homines contra voluntate parentum defunctorum suorum agere, dum ipsi pro animabus suis per loca venerabilia res suas tribuaebant, et pertinentibus suis simplicem libertatem cum rebus suis quibuslibet donabant. Et cum ipsis hominibus astute agebant, et eos a suis cespitibus removentes ad suum servitium replicabant, Postmodum libertatem simul et res ammittebant; Ideo previdimus hanc resecare malitiam, ut voluntatis et ordinatio impleatur defuncti. Et ita sancimus, ut si quis langobardus per cartulam in sanitatem, aut egritudinem res suas ordinaverit, et dixerit eas habere loca venerabilia, et familias per quas res ipsa exolvuntur, liberas esse dixerit, Aut in ipsis religiosis locis redditum faciant saecundum ipsius statuta, Reddant omni in tempore iuxta domini sui preceptionem ipsis et filiis suis filiorum suorum, et sint liberi in suis personibus, sicut dominus eorum instituit, et ab eius heredibus non replicentur, Nec a suis cespitibus removeantur, sed ab ipsis venerabilibus locis defensentur, Excepto si sua voluntate voluerit exire [1]) et vivere, ubi voluerit. Nam si ad finem mortis properaverit, Ita ut nec thingare hominem suum possit, neque in manu sacerdotis tradere circa altare ducendum propter subitaneam mortem; Nam si instituerit post obitum eius per manum sacerdotis, qualem designaverit, circa sacro altario deduci debeatur causa miserationis, Decrebimus, ut, sicut dominus eorum precepit, ita impleatur. Et sacerdos quem designaverit, eum absque cuiuscumque contradictione absolvat, et liber permaneat, quia maxima merces nobis esse videtur, Ut de servitio servos ad libertatem deducantur, eo quod redemptor noster servus fieri dignatus est, ut nobis libertatem donaret. Si vero aliquid ei in ipso exitu suo donaverit, aut donare preceperit, stabilis ei ipsa donatio permaneat, Quia apostolus paulus auctoritas maxime ad domesticos fidei beneficium prebere oportet. Et pro launegild imputetur ei servitium suum, quia servus non habent aliquid, unde aliud launegild eis faciat.

XIII. A nostris decessoribus iam antea est institutum, ut langobardus potestatem habeat filium suum sibi bene servientes de rebus suis remeliorare, de filiabus non continebantur, Ideo statuimus, ut si duas filias habuerit et filium non reliquerit, Licentiam ei sit unam filiam suam,

---

1) Nel testo Vesmiano dopo le parole **voluerint exire** si leggono le parole **licentiam habeant in libertate sua exire**, che mancano nel nostro Codice.

qualem voluerit remeliorare tertiam partem de rebus suis. Et si tres fuerit, quartam partem, et si amplius fuerint, per hanc rationem computetur.

XIIII. [1]) Si quis langobardus decidens uxori sue usu de rebus suis iudicare voluerit, et si filios vel filias ex ea reliquerit, non plus ei pro usufructu iudicare possit, quam medietatem ex sua substantia, super illud quod ei morgincapud de metam secundum legem datam fuerit. Et si filios, aut filias ex alia uxorem reliquaerit, unum aut duos, possit uxori suae tertiam portionem ad usumfructum relinquere. Si fuerint tres, quartam partem. Si autem amplius fuerint, per hoc numero computetur. Morgincapud et meta quod ei legibus data est, habeat in antea. Siquidem nupserit postea, aut mortua fuerit, usufructum in integrum ad herede eius revertatur. De meta vero et morgincapud faciat secundum anteriorem aedictum.

XV. Pervenit ad nos quod, dum quidam homines ad suscipiendam sponsam cuiusdam sponso cum paranimpha et troctingis [2]) ambularent, perversi homines aquam sordidam et stercora super ipsam iactassent; Sed quia cognovimus malum hoc per singulas locas fieri, Previdimus, ne pro hanc causa scandala; vel homicidia fiant, Ut si quiscumque liber homo talem malum facere presumpserit, componat solidos nongentos, medietatem regi et medietatem ad mundoald eius. Nam si pertinentes homines hoc fecerint sine voluntate domini sui, et si dominus eorum purificare per sacramentum ausus fuerit, quod nec cum eius voluntate aut consilium factum fuisset, Tunc servi ipsi tradatur in manu de mundoald eius, et ipsi

---

1) Di fronte al primo verso di questa legge nel margine laterale sta scritta la chiosa: **Areg. cap. XIIII.**

2) « **cum paranympha, et troctingis.** *Glossario Papiae et Nicolao Boherio acquiescendum vide-* « *tur, qui* **trotingos** *explicant joculatores, qui saltare noverunt (hoc enim nuptialis pompa plerumque* « *adsciscebat) non autem patinarum, liguritores, ut Bovillus censet, neque enim hi pars apparatus,* « *ac processus nuptialis...Attamen, ut verum fatear, me adhuc suspicio tenet, heic non alios designa* « *ri, quam sponsae sive nuptae ductores vivos. In lege Salica Tit. XIV cap. X habetur:* **Si quis pu-** « **ellam, quae Druchte ducitur ad maritum, in via adsallierit.....** *In Cod. Estensi ubi et Salicae Leges* « *habentur lego:* **Si quis puellam quae Tructe dicitur.** *Ibi Glossa vetus:* **Tructe, idest per Nuptiato-** « **res.** *Explicationi huic favet ipsius Eccardi editio, ubi legitur:* **Si quis puellam sponsatam, druthe ducente ad maritum** *etc. Ubi* **druthe** *diversum videtur a sponsa. A* **druthe** *autem, sive* **Tructe, Troctingus,** *quod unum significare potuit, nempe comitem sponsae, sive Paranymphum.* **Paranympha,** « *ut notum est, matrona erat, quae sponsam comitabatur, atque ad maritalem thorum ducebat* » (Muratori R. I. S. T. I Par. II pag. 91 prima colonna).

faciat de eis quod ei placuerit. Et amplius patronus calumpnia non habeat. Et si iurare non presumpserit, componat, sicut supra legitur, solidos nongentos.

XVI. Si quis langobardus cum pontificibus, abbatibus, vel custodibus aecclesiarum, Seu exenodochiorum prepositis, De quibuscumque rebus convenientiam fecerint, et penam inter partes obligaverint, Et idonei homines interfuerint, et heredes vel successores suos colligaverint, non possint postea ab eorum successoribus removeri, sicut nec removetur ab eodem langobardo, Excepto si pena obligata componere voluerit. Si vero commutatione fecerint de casis, terris, vel familias, et fuerit intermissus regis, vel pontifici, seu iudici [1]), Aut tales homines tres, quorum fides ammittitur, et res melioratas ei paruerit, Tunc, quando ipsa commutatio facta fuit, quod pars religiosi suscipiant, Nullo in tempore postea ab eorum successoribus removeatur, sed semper commutatio ipsa firma permaneat. Et si removere voluerit, pena inter se colligata componat.

XVII. Relatum est nobis, quod nunc usque talis fuisset consuetudo, ut monasteria vel reliqua loca venerabilia, que in defensionem sacri palatii esse noscuntur, compositiones duplas exigebant ab hominibus qui in ipsa venerabilia loca componere debebant, sicut curtis regia exigere videbantur, Nunc autem statuimus, ut monasteria, basilicas, vel exenodochias, quae ad palatii defensionem esse videntur, Si compositionem exigere voluerint, non exigat, sicut de causa regis duppla, Nisi sicut alia venerabilia loca exigebant, que ad palatium non pertinent.

[2]) (XVIII) Si quis langobardus qualecumque rem possederit per triginta annos, et locorum venerabilium custodes de ipsis rebus eum molestaverit, Et ipse possessionem suam de triginta annos consignaverit, et probatum fuerit, Possideat et in antea. Similiter et venerabilia loca faciant de ipsis quae possidentur rebus, si a langobardis fuerint pulsati, quia in anterior aedictus continet de quinque annorum possessione, Ut qui possederit per quinque annos in facie eius qui pulsaverit, ipse saecundum legem defendat, Et loca venerabilia inter se de.

---

1) Il Vesme N. C. n. 433 non approva che queste voci siano nel numero del meno, ma vorrebbe che si leggessero piuttosto nel numero plurale ed in quarto caso, cioè, **vel pontifices seo judices**, come nel suo testo. «*Ego has voces quarto potius plurali quam secundo singulari casu accipiendas cen- « seo; prostant enim exempla hujusmodi chartarum, quibus ipse episcopus vel judex manum adpo- « suerunt.* » Non reca però la variante del Cod. Cav. **vel pontifici, seu iudici.**

2) Avanti alla legge XVIII nel nostro Codice manca il Numero, che si supplisce fra parentesi.

quibuslibet quadraginta annorum possessio claruerit; Ideo iustum diximus, ut qui per triginta annos possederit, possideat et in antea.

XVIIII. [1]) Si quis langobardus causam habuerit cum locis venerabilibus que ad defensionem sacri palatii esse noscuntur, Si fuerit causa unde ad sacramentum debeat procedere, Si dux, Aut iudex, Abbatem, Custodem, vel prepositum pulsaverit, ipse ei satisfaciat. Si autem abbas, custos, vel prepositus Iudicem pulsaverit, et sacramentum dandum fuerit, ipse iudex ei sacramentum deducat. Si vero alter langobardus habuerit causa cum abbatibus, unde sacramentum procedere debeat, Anteponatur abbatem ipsum solum. Nam alios quales elegerit, quanti saecundum legem iurare debuerint, sacramentum deducant. Ita tamen, ut ipse abbas talis sit, qui per regulam saecundum deum vivat, et subiectos monachos usque quinquaginta seu amplius cum eo regulariter vivant. Siquidem cum aliis custodibus, vel prepositis de locis venerabilibus causam habuerit, ipsi custodes vel prepositis sacramentum deducant.

XX. Si quis cum curte regis causam habuerit, et evenerit, ut curtis regia sacramentum deducere debeat, et si maior causa fuerit, per sacramentum ubi scariones [2]) cum auctores finiantur. Si vero minor causa fuerit, auctores de loco cum auctoribus saecundum qualitatem cause persolvant sacramentum.

XXI. Et hoc definivimus, ut postquam iussio regis fuerit in exercitum ambulandum, et constitutum prepositum, admonitionem faciendum, Nullus presumat fidemiussorem, aut debitorem pro quacumque causa pignerare, si de una iudicalia fuerint ad dies duodecim, antequam exeat in exercitum, sed sit quietus [3]) dies antea, et duodecim postea, quam de exercitus fuerit reversus. Si autem de alia iudicaria fuerit, similiter sit spatium per dies viginti. Nam si quis intra istum spatium pigneraverit, componat pignera ipsa, sicut qui contra rationem pignera alicuius abstulit.

XXII. Quicumque homo pro bonitatem suam introhierit in servitium de iudice, aud de alio

---

1) Questa legge nel testo Muratoriano è divisa in due, perilchè le leggi Astolfine sono 23 non 22, siccome nel Codice Cavense.

2) Gli *Scarioni*, secondo il Di Meo (Annali XI 437), sovraintendevano alle *Scare* o *schiere dei servi*.

3) Tra la parola **quietus** e l' altra **dies** il Vesme nota che nel nostro Codice manca la parole **duodecim**.

homine et deservierit ei, Aut ad filios, vel ad nepotes ipsius, et claruerit veritas, quod parentes eius omnes liberi fuissent, Et postea in servitium detinere voluerint, dicendo quod per triginta annos ei vel parentibus eius deservisset, Non possit eum per istam possessionem tenere, quia inpossibile est, et contra dei preceptum, dum eius parentes liberi sunt, ut ipse solus qui voluntariae servivit, in servitium detineatur pro sola possessione. Nam si supra furtum aut alia malitia, sicut edictus continet, ad deserviendum in manus datus fuerit, et probatum fuerit, Deserviat et in antea. Si vero eius parentes pertinentes fuerint, et ipse solus ad libertatem voluerit, Si ipse libertatem suam edoniare per cartulam, aut per homines liberos, vel per possessionem iuxta legem non potuerit, deserviat et in antea 1).

---

1) Il Troya parla delle leggi di Rachi e di Astolfo secondo il nostro Codice non solo nel Tomo IV del Cod. Dipl. Long. ma sì benanche nella Parte IV del Vol. I della Storia d'Italia, e prima a pag. 12 e 13 dell'Appendice, e poi da pag. 71 a pag. 77, dove stampa le leggi dei due Re Longobardi. Vorremmo passarci per riportare qui la Nota che scrive dopo le dette leggi; ma siccome in essa emenda un equivoco del Giannone, stimiamo di doverla riprodurre intera, perchè risguarda il nostro Codice: « Pietro Giannone racconta (Stor. Civ. L. IV C. VI) *d'aver attentamente coi propri occhi « osservato il Codice Cavense*. Risguardo alle leggi di Astolfo, lo storico Civile ne annovera venti« due, soggiungendo che *diciannove* già si vedevano impresse nella *Lombarda* (Lib. V Cap. II §. « III). Ed in vero la scorretta *Lombarda* Veneta del 1537, onde si valse il Giannone, registra in tal « numero le leggi di quel Re: ma nel secondo Libro cinque di esse appartengono senza dubbio a « Carlomagno; così per la concorde autorità dei Codici Manoscritti e delle migliori edizioni del Mu« ratori e d'altri, come principalmente per le materie. Laonde le cinque Leggi malamente attribuite « ad Astolfo nella Veneta *Lombarda* non trovansi fra le ventidue Astolfine del Codice Cavense: ciò « che il Giannone avrebbe di leggieri saputo, se avesse raffrontato i testi dell'una e dell'altro, senza « starsene, come fece, al semplice confronto del numero *diciannove*. »

« Intorno alle tre altre Leggi d'Astolfo, ed alle due precedenti di Rachi nel Codice Cavense, il « Giannone si contentò scrivere di non essere queste comprese nella *Lombarda*. Non disse nè potea « dire se altri, come l'Heroldo, le avesse o no stampate; perchè mancavano ai giorni di Giannone « molti aiuti, che s'ebber di poi: e l'opera dell'Heroldo è stata sempre sì rara, che il Muratori con« fessa di non averla veduta. Or nè l'Heroldo, riscontrato da me diligentemente, nè il Muratori, nè « il Georgish conobbero alcuna delle due leggi di Rachi e delle nove di Astolfo, che si stamparono « per la prima volta in Napoli nel 1832: ignote parimente al Boerio, primo pubblicatore della *Lom« barda*, nè al Lindebrogio. »

EXPLICIUNT CAPITULA. EPISTOLA [1])

Augusto Imperatori patricii, Carolus salutem. Mando scias quum tibi aureos centum milia. Rursum si ad me venerit, dabo tibi mille milia aureos. Et tota ex topation coronam, insuper sex milia de terra asiae miliaria. Quin etiam super omnes patricios meos te collocabo. Legionem vulgarum unam, et persarum alteram, Armeniorum tertiam, quin etiam normannos de europam, subiciatque tibi asie regna omnia. Vale prime consul.

ALIA EPISTOLA

Augusto imperatori Carolus. grates referimus multas vobis de tot muneribus quod michi promisistis, sed honorem nobis nullum fecistis, quando consulem me scripsistis, quoniam licet honorem et terram habeas, maiorem centumpliciter, quia tantum est asia, quantum europam et africam. Tamen capud mundi roma est, quam teneo. De meo autem adventum sciatis ad vos non veniam, Nisi quando resurgunt mortui, Quia scio romanorum sicuti fuit, Meis vero temporibus, si placet deo, ut non sit. Valete, et scias, quia mando tibi centum canes.

[2]) ASTALIN, Idest deceptio, Aut fraus. ANAGRIP, Idest faida, Aut inimicitia. ALDIA, Idest de matre

---

[1]) « **Expl. cap. epla**. *et sequuntur, usque ad fol. 167 med. spuriae epistolae duae, jam editae,* « *prior Karoli Magni ad Imperatorem Constantinopolitanum, altera Imperatoris ad Karolum Ma-* « *gnum. Reliqua ejusdem paginae, et sequentes usque ad medium fol. 1716, explet, nulla praeposita* « *inscriptione, glossarium quod edidimus in Appendice VIII. Post hoc ad finem usque Codicis brevia* « *quaedam chronica, capitularia principum qui VIIII et X sæculo in meridionalibus Italiae regioni-* « *bus dominationem tenuerunt, Capitularia Karoli Magni, Pippini, Hludowici Pii, Hlotharii, et alia* « *quaedam a re nostra aliena;..... Excidere folium primum quaternionis vicesimi septimi, in quo* « *fuit effigies Karoli Magni, tum postrema tria codicis folia.* » (Vesme Edict. R. L. Præf. pag. XXXV).

« *Fol. 177. 178. Epistolae spuriae duae, imperatori Costantinopolitano et Karolo Magno ad-* « *scriptae, a codice Casinensi Johannis abbatis Num. 353 ut videtur derivandae. Fol. 178-182. Glos-* « *sarium, cuius auctor ex alio Edicti codice, nonnumquam etiam ex Pauli Diaconi historia chartis-* « *que Monasterii S. Sophiae glossemata Germana Latinave promiscue collegit.* (Fr. Bluhme l. c.).

Queste due lettere apocrife, già pubblicate dal de Rozan, furono puranche riprodotte dal Troya nell' op. cit. a pag. 296, perchè a lui pare, che da esse potesse aversi qualche lume sulla storia letteraria di quell' età. Finiscono queste due lettere al secondo rigo del foglio 167 *verso*, e subito al rigo seguente principia il Glossario con le parole longobarde scritte in rosso e l' interpretazione di esse in nero. Tanto le due lettere che il Glossario sono scritt'in carattere più piccolo di quello consueto di tutto il Codice.

[2]) « *Extat hoc glossarium in codicis Cavensis fol. 179* verso, *usque ad 183* verso. *Duplici eius apo-*

libera nata. **AAMUND**, Idest a se extraneum. **ASTOGILD**, Idest quod iniquo animo querit. **ARIMANNUS**, Idest qui scutum domnicum sequitur. **ARISCHILD**, Idest adunatio. **ARITRAIBUS**, Idest solidos nungentos. **AISTAN**, Idest irato animo. **AMISSIVUS**, Idest naturalis. **AYDONES**, Idest sacramentales legitimos. **ANDEGAVERC, ET ARIGAVERC** [1]), Idest cui donavit, vel aliquid stabile dedit, secundum legem langobardorum. **ARMENTARIUS**, Idest qui super grex boum, vel aequorum. **ASTO**, Idest voluntariae. **AMMITTAT**, Idest perdat. **BARBANUS**, Idest patrus [2]). **BANDUM**, Idest vexillum. **AMENICULA**, Idest ubi ube pendunt. **AMBULATORIA**, Idest pastora caballi. **ABORSUM**, Idest si se fragaverit. **ARMENTA**, Idest greges boum, vel aequorum [3]). **ARIMANNO**, Idest homo mundus liber. **ARIOLUS, VEL ARIOLAS**, Idest incantatores. **ARUSPICES**, Idest qui ad aram aspiciunt. **AMETANES**, Idest Thie. **CESPITIBUS**, Idest Rebus et substantia. **CAMPHIO**, Idest pugna, seu pugnator. **CAROLAS**, Idest edoniare, liberare, seu defendere, vel firmare [4]). **CONDOMA** [5]), Idest curte ubi servi habitant. **CESPITIBUS**, Idest terris. **CICATRIX**, Idest signum vulneris. **CASINDIOS REGIS**, Idest qui palatio regis custodiunt. **CASA MANCIPIATA**, Idest ordinata. **ANCILLA GENTILE**, Idest pagana. **CAUTIO**, Idest scriptum obligationis. **DEFRADIN**, Idest dona, que ei in die votorum aliquid accepit. **CASSINAM**, Idest casella. **EDONIARE** [6]), Idest liberare.

« *grapho usus sum, altero Caroli Troya, altero Amedei Peyron, quae omnino inter se consentiunt* « *atque alterum alteri fidem faciunt. Tamdiu notatum fuit, atque ex iis quae mox allaturi sumus* « *evidenter apparebit, non amanuensem codicis Cavensis confecisse Glossarium hoc, sed exscripsisse e vetustiore codice. Est autem, meo quidem judicio, hoc glossarium non nullius utilitatis, nec* « *omnino contemnendum.* » (Vesme N. C. n. 455 e 456.) Nel testo Vesmiano il Glossario del Codice Cavense è stampato nell'Appendice VIII. Il Troya lo pubblica nel Tomo II del Cod. Dipl. Long. dalla pag. 458 alla pag. 464. In principio scrive una lunga nota, che può consultarsi, perchè afferma, che il presente Glossario adorna molti articoli della nuova Edizione del Du Cange del signor Didot.

1) Vesme e Troya **andegaveric et arigilveric** per **andegaverc et arigaverc.**

2) Id. id. **patrius** (*lege* **patruus**); però nel Cod. Cav. si legge **patrus.**

3) Id. Id. **aequarum** per **aequorum.**

4) « **Carolas,** ***) *Codex* **Carolas id. edoniare, liberare, seu defendere vel firmare,** *huc translata* « *parte alterius glossae; vide infra ad versum 22. Delendum sane, incuria amanuensis interpretationem vocis* **Carolas** *periisse* (Vesme. N. C. n. c.).

5) « **Condoma)** *Haec vox non occurrit in Legibus Langobardicis* (Id. ibid.).

6) « **Edoniare)** *Codex hoc loco habet tantum* **Edoniare id. liberare,** *sed vide supra ad versum 6.*

FAIDA, Idest Inimicitia. FERQUIDUM, Idest similem. FULFOR, Idest filius legitimus. FARA, Idest parentela.-FADERFIDO, Idest quod adduxit da parentibus. FULFREALD [1]), Idest qui per sacerdotes circa altare liberi sunt. FEREA, Idest esclum. FIGANTI, Idest ut semper habeat sibi. FUSNACHAR, Idest arvo campo stuppla. FIDEIUSSOR, Idest Mediator. FRAIDAN, Idest Refugium. EXIGATUR, Idest inquiratur. FAIDA, Idest inimicitia. FRAGAVERIT, Idest leserit. FACUNDIA, Idest eloquentia. FILIAS IN CAPILLO, Idest absque viri. GUIDRIBORA, Idest quattuor vias. GARGATHUNGIN, Idest saecundum qualitatem persone. GAIRETHIX, Idest qui recipit donum. GISILGISELI, Idest liberi homines. GAIDA, Idest casindios. GAFAR, Idest coheredes parentes proximi. GAIO, Idest Silva regis. GUAREGANG, Idest qui de exteras fines venit. GAHAMALOS, Idest confabulatos. GUALAPAUZ, Idest qui se furtivum vestimentum alienum induerit, aut capite vel facie se transfiguraverit latrocinando animo. GUIDRIGILD, Idest CL solidos. FREA, Idest puella que in alterius mundium est. GAFANDUS, Idest heredes proximi parentes. INPANS, Idest qui in votum regis dimittitur. IN FAIDA, idest apud alienum refugium. IDERZON, Idest sepis aliena. INSTRIGATUM [2]), Idest naufragatum. IN ACTIGILD, Idest novum. GUECHORIN, Idest qui per fortia adulteraverit femina libera. GUARFRIDA [3]), Idest consuetudo antiqua. LIDINLAIB, Idest In die obitus sui. LAUNEGILD, Idest donum vel meritum. LIBERTA, Idest qui libera dimissa est. LAGI, Idest Super genuculum. LANG, Idest Longamvard. LITHINGI, Idest quidam nobilis. IN PENSILEM, Idest in sua propriaetate. INTEREMTUS, Idest occisus. MARPHAIS, Idest statutor. MORGINCAPH, Idest quartam partem. META, Idest promissio quod marito facit uxori antequam tollat. MATRINIA, Idest nuvercam. MODOLA, Idest quercum. MORIOTH, Idest Super cubitum. MARAGOHRS, MARCHUGUORFIN [4]), Idest qualibet minorem causam. IUGERA TERRE, Idest quantum arare possunt cum XL paria boum. OBERUS, Idest curtis ruptura. ODAN, Idest quem adiecta littera godan dixerunt, ipse est qui apud romanos mercurius dicitur. [5]) LEX DICITUR AD LIGANDUM, Idest qui aligat pravos homi-

---

(Id. ib.) Il Vesme ed il Troya però aggiungono il **seu defendere, vel firmare**, che non si leggono nel Cod. Cav.

1) Id. Id. **Fulfreal** per **Fulfreald**.

2) Id. Id. **Instigatum** per **Instrigatum**.

3) Id. Id. **Guarfida** per **Guarfrida**.

4) Id. Id. **Maragohris, marchugoris** per **Maragohrs, marchuguorfin**.

5) La voce seguente **obsfuscetur** colla sua interpretazione deve riportarsi qui prima di **Lex**; e così si leggeranno senza confusione le due interpretazioni.

nes. OBFUSCETUR, idest obscuretur, lex enim dicitur eo quod animos nostros liget. PLODERAUB, idest, spolia de mortuorum. PRODITOR, idest Indicator. PLEUMA, idest paiu de iugo [1]). PULSAIB, idest percutere. SCULDAHIS, idest Rector loci. SCALA, idest patera. STALARIA, Idest Salicem. SCAMERA, Idest furones. SCILFOR, Idest Armiger. SILIQUAS, Idest vicesima pars solidi. SANCIMUS, Idest Statuimus, decrebimus. STOLESAZ, Idest qui ordinat conventum. SILMUNDIA, Idest In sue potestatis arbitrium. SOGAX [2]), Idest Funem. SONORPHAIR, Idest verrem qui alios verres in grege vincit. SUDES, Idest palus. MACINAM, Idest pontonem. MUTTAVERIT, Idest prestavit. MUNDIUM, Idest pertinentia. THREUS, Idest homines metiani, qui non sunt nobiles. THINX, Idest donatio. TRINO, idest Subtus cubitum. TREWAM, Idest quod auctor publicus facit. TRONTINGIN [3]), Idest arsenicu. TIBIA, Idest gamba. ROBOREM, Idest Sorbum. RITU, Idest consuetudo. VIDRIBORA, Idest Libera. VECHORIN, Idest orbitaria. VARFIDA, Idest consuetudo. VEGOREN, Idest minorem culpam. UNCIE SEX, Idest medietas. ZABAS, Idest adunatio. NOVERCA, Idest matrinia. ORIATUR INTENTIO, Idest nascatur. PROHIBUERE, Idest antestare. PREEST, Idest, super est. PERPETRARE, Idest incitare. PRO PUSLAI, Idest pro una ferita. PLOVUM, Idest In cibo arati. REDIMERE, Idest comparare. RES, Idest substantia. RESECATUM, Idest deliberatum. SCULCA, Idest guardia. MORT, Idest homicidium. MAGISTER COMMACINUS, Idest Fabricatores. CREDITOR, Idest cui prestaverit. ANEGRIP, Idest secretum mulieris. ASTO, Idest voluntarie. SALA, Idest domo in curte facta. SEPTIMUM GENUCULUM, Idest usque in septimam generationem. SILMUNDIA VIVERE, Idest usque in arbitrium sue potestatis vivere. SOLUM EDIFICANDUM, Idest casa faciendum. SERVUS MASSARIUS, Idest servus qui ordinatus est super alios in domo senioris sui. SEPE STANTARIA, Idest Serolata. STIPULATIO, Idest promissio vel confirmatio. SALTARIUS QUOD EST CURSORES QUI HOMINES COMPREENDUNT, Idest exactores qui in loco est. SPONTE, idest voluntarie. IN EXERCITU, idest in publica oste. THINGA IN GAIDA, Idest donare in publico. TROTHTINGO [4]), Idest designavit, vel iudicaverit, aut definierit. UNCIAS DUAS, Idest sextam pars. ULTIMUM, Idest novissimum. CENODOCHIA, Idest ubi peregrini excipiuntur. RESECARE, Idest funditus tollere. ZABAS [5]), Idest fabulas. CASU, Idest

---

[1]) Id. Id. **Pleuma,** ***idest*** **pala:** Troya **palu**: Vesme **de jugo** pro **Pleuma idest paiu de iugio.**

[2]) Id. Id. **Soga** per **Sogax.**

[3]) Id. Id. **Trotigin** per **Trontingin.**

[4]) Id. Id. **Throthingo** per **Trothtingo.**

[5]) Troya **Zabos** per **Zabas.**

a cadendo. SEPE, Idest cotidie et semper. SILIQUAS, Idest vicesima pars solidi. AB ABRORE CUIUS SEMEN EST, vocabulum tenens [1]). ROBOREM, Idest sorbum. IURE, Idest legem [2]).

EXPLICIT CLOSA. INCIPIT DE REGES LANGOBARDORUM, QUOMODO REGNAVERUNT IN HOC MUNDO.

Alboin qui primus ad italiam venit, regnavit anni tres, mense VI.

Cleppho regnavit anni sex.

Autari filius eius crinitus regnavit anni duo, menses VIIII.

Agilulfus regnavit anni vigintiquinque.

Adaloald filius eius regnavit anni dece.

Arioaldus regnavit anni XII.

Rottari regnavit anni sedecim, menses VI.

Rodaldus filius eius regnavit anni XVI, menses IIII, dies VI.

Aripertus regnavit anni novem.

Pestari et godeperto filio eius regnavit anni XVII.

Inter quos facientibus malignis hominibus discordia et odium natum est in tantum, ut alterum surgens, Tunc godepertus garipaldum, tauratium duce, Ad grimoaldum ducem beneventi misit, ut veniret adversus pertari fratrem suum, ut eum adiuvaret, et germanam suam ei coniugem dari promittens. Quae motus romualdum filium suum benevento relinquens, hibit in adiutorium eius. Ad quem cum pervenissset, osculantes se alterutrum, repperit eum loricatum sub alia vestae, quod romualdus sentiens, gladio eum percussit et mortuus est. Super veneventum veniens imperator a costantinopolim, ubi preherat romualdus, obsedit eam. Quo audito grimoald pater eius, concite venit, et irruens in eum occidit

[1]) Qui il Vesme N. C. n: c. dice che il nostro Codice erra: *ita mendose codex*, ma non saprei convenirne, giacchè le parole di S. Isidoro: **ab arbore cujus semen est**, sono anzi scritte con caratteri di color rosso.

[2]) In continuazione dell' ultima parola — **Iure, id. legem** in una sola continuazione è scritto nello stesso rigo e nel seguente sempre in rosso, **Explicit Closa**, fino alla parola **mundo.** Questa cronaca, che il Pellegrini dice presa da Paolo Diacono, *narratiunculis depromptis ex Paulo Diacono*, delle cose operate dai Re Lang. da Alboino a Desiderio, cui fa seguito un nudo indice de'Re, da Pipino Seniore ad Ottone terzo, finisce al foglio 177 *verso*. — « 12) *Fol. 182. 186.* **Incipit de reges Langobardorum** « .... **totonicum regnum suum.** » 13) *Fol. 187. 192. sive initio partis secundae varia ad historiam « principum Beneventi et Capuae pertinentia praemittuntur, quae pariter ex codice Casinate* (*XIV*) « *manasse, Bethmannus testatur* » (Fr. Bluhme M. G. H. l. c.).

populum eius per plurimum. Ille cum reliquis qui remanserant, fugientes neapolim, Postremo siracusam fugiens, interfectus est a suis domesticis eunuchis ; quo facto, grimoald rediit unde venerat, idest in regnum suum. Cuius temporibus egredientes franci intraverunt in italia, contra quos habiit grimoaldus cum langobardis, et hoc eos arte decepit. Implevit alipergum de diversis bonis, maxime de vino optimo, et finxit se fugire. Supervenientes franci, sperantes, quia grimoaldus cum langobardis pro timore fugerent, et inde dimisissent alipergum integrum, cum magna letitia ceperunt manducare et inebriare se. Tunc grimoaldus per noctem irruens super eos, et omnes illos occiderunt, absque paucis qui exinde fugerunt. Et usque hodie dicitur locus ille preliorum francorum. Perierunt per gulam suam sicut turdus, ut quando videt vermen agitantem sub teguga, et dum volet illum apprehendere, moritur sub ea. Postquam venit grimoaldus beneventum, Tunc romuald filius eius secutus est quendam saburrum grecum. Que cum appropinquasset, illum exercitumque conflixerunt inter se viriliter. Sed victo effectus grimoaldus, Tandem unus langobardus nomine amilongos, Levavit cum lancea sua unum grecum, et iactavit illum post se. Hoc videntes greci in fugam versi sunt, ex quibus occidit plurimos, pauci ex eis neapolim redeuntibus.

Post mortem vero grimoaldi regis, Rediit pertari in regnum suum. Cunipert filium eiusdem pertari regnavit anni quattuordecim. Liopertus filium eius regnavit anni duo, mensex sex. Alipertus regnavit anni duodecim. Aspardus menses quattuor, dies quinquae. Liuprand rex regnavit anni viginti septem. Cum per triginta duos annos felicius regnaret in italia, inter cetere que gessit magnifica, etiam omnes urbes et oppidas iusta horas maris tirreni sita, A tuscia et usque ad arelatensem urbem praelis cepit et suo regno copulavit. Post cuius obitum elprand nepus liuprandi regis praefuit longibardis mense septe, qui iam cum liutprando octo regnaverat annos. Post hunc, Rachis regnavit anni quattuor, mense novem. Huius temporibus carlomannus filius carli regis francorum, Pro amore caelestis regni terrenum relinquaens regnum, Romam habiit, et a zacharia papa monachus factus est. Et post aliquantum temporis Ad beati benedicti cenobii, quod in castrum casinum aquinensium finibus situm est, profectus est monasterium. Rachis vero ad capiendam perusinam urbem, sicut cetera pentapoleos oppida, vehementi profectus est, cum indignatione quam et circumdans fortiter expugnabat. Cui occurrit zacharias papa, et datis muneribus, multaque cum prece ab ossessionem ipsius civitatis eum amovit. Non multo post idem rachis divino instinctu regalem relinguaens dignitatem, devote cum uxore et filiis, Ad beati petri principis apostolorum coniunxit limina, clericusque effaectus, cum monachico indutus est

scemate , cum uxore et filiis, ad beati benedicti cenobium profectus est, ubi sub artissima vite districtionem vitam finivit. Uxor vero eius tasia nomine, cum rattruda prole sua similiter, mutato habitu, ex propriis sumptibus monasterium puellarum in plumbariola struxerunt, multisque donatum opibus, ibique sub magna districtione vitam ducentes, diem claserunt extremum. Aistophus frater rachis superioris regis regnavit anni septem, menses v. Hic multa et gravissima populo excitavit romano, Ita ut urbem niteretur invadere, obsessione circumdata, et ex omni populo per unumquemque singulos aureos expetebat. Pro qua scilicet persecutione, Stephanus secundus papa, abbate sanctorum Benedicti et Vincentii, ad eundem regem destinavit obsecrando, ut a cepta persecutione cessaret, qui nichil proficientes, per aliud iter ad propria remissi sunt monasteria. His autem papa et missos pipini regis francorum, Et legatos imperiales, misit ad eundem regem pro ablatis urbibus; et dum nil proficeret cum supradictis regis francorum missis, per papiam ad galliam profectus est, Et in sancti dyonisii monasterium pipinus cum duobus filiis suis reges sunt uncti. Pipinus autem cum exercitu super papiam advenit, et obsedit, Hac sacramentis a longibardis acceptis, post reddentis urbibus ablatis, galliam reppedavit. Post haec Aistolfus, sacramento dirrupto, nichil de rebus statutis adimplere voluit. Cum enim supradictus papa galliam degeret, Aistolfus carlomannum germanum pipini, quem superius monachum memoratus est, Ad gallias misit adversare partem rei publice, qui retentus illuc a fratre, vitam finivit. Cuius corpus in locello aureo gemmato ad beati benedicti monasterium in casino remissus est. Aistulfus autem deinde omnes urbes ravennantium et pentapoleos dominio rei puplicae auferens, etiam urbem romanam undique circumdans, fortiter obsedit. Tunc romano itinere nuntiatum est pipino regi francorum, qui sine mora veniens ticinum, obsedit eam, donec daret hisdem aistolfus missos suos cum missi pipini qui redderent universas urbes beati petri vicario, quod et factum est. Pipinus vero via qua venerat, rediit. Aistolfus autem, post haec in benatione sagitta percussus mortuus est. Desiderius cum adelgiso filio regnaverunt anni decem et octo. Hic cum diversas persecutiones faceret rei publice, et nollet romano populo ablatas urbes reddere, et iustitias facere, vel quia filios carli magni fratris carli cum matre illorum ad se confugientes susceperat, Super papiam carlus rex advenit tempore adriani pape. Si quis autem pleniter hoc nosse desiderat, legat epistole romanorum ; illic discere potuit.

[1]) PIPINUS SENIOR REX Anni viginti septe. CAROLUS REX Anni viginti et septe. PIPINUS ET CA-

1) Questa serie dei Re ed Imperatori fu pubblicata dal Pertz M. G. H. Tomo III. *Scriptorum* pag.

ROLUS MAGNIS REGIBUS, Anni decem. PIPINUS REX Anni decem et septem. CAROLUS ET CAROLUS MAGNIS REGIBUS, Anni quattuor. CAROLUS IMPERATOR Anni XXX et novem. IMPERIUM EIUS anni VII. PIPINUS IN ITALIA IMPERATOR Anni viginti quattuor. LUDOVICUS IMPERATOR Anni viginti quinque. LUTHARIUS IMPERATOR, Anni triginta. LUDOVICUS IMPERATOR Anni viginti octo. CAROLUS IMPERATOR Anni sex. CAROLUS IMPERATOR Anni VIII. GUIDO IMPERATOR Anni Sex. LAMBERTUS IMPERATOR Anni Quattuor. LUDOYCUS IMPERATOR Anni Tres. BERENGARIUS IMPERATOR Anni Viginti tres. UBO IMPERATOR Anni Viginti. LOTHERIUS IMPERATOR Anni. BERENGARIUS IMPERATOR Anni. DOMINUS OTTO IMPERATOR Anni Tredecim. OTTO IMPERATOR FILIO EIUS. HOC TUMULATUS EST ROMAM. Iste otto fecit battalia cum agarenis in apulea et perdidit ea. OTTO TRETIUS, filius ottoni; et nepos supradicto octoni Anni. Obiit romam, et corpus eius deportatus est a suis in totonicum regnum, a quo venerat.

ARDOYNUS factus est rex in italia, et regnavit annos non pleniter duo. Et pugnavit in italia cum exercitu henrici regis qui fuit dux de baioaria. Iste henricus post discessum suprascripti ottoni factus rex totonicorum, et post perditione exercitui eius Ipse per semedipsum venit in italia, et omnes lambardi mentiti sunt arduini regis et subdiderunt se henrici regis. Et ipse applicuit usque urbem papia et igne cremavit eam, et sic reversus est in totonicum regnum suum.

[1]) ANNI DUCIBUS BENEVENTI ET PRINCIPUM. ZOTTO Primus dux anni XX. ARICHIS Natus in foro iulii, anni quinquaginta. AIO FILIUS ISTIUS ARECHIS anni I menses V. ISTE pugnavit cum sclavis ad aufidum et interfecerunt illum per ingenium. RADOALDUS anni quinque. GRIMOALDUS FRATER EIUS anni viginti quinquae. RODOALDUS FILIUS ISTIUS Anni sedecim. GRIMOALDUS FILIUS EIUS Anni duo. GISOLFUS MAIOR FRATER EIUS Anni decem et septe. Iste devastavit romam, et sora, et yrpinum et cepit arci. ROMOALDUS FILIUS ISTIUS GISULFI anni viginti sex. GISOLFUS PUERULUS FILIUS ISTIUS ROMOALDI DUX FACTUS, deportatus est papiam a lioprando regem. GREGORIUS NEPUS LIOPRANDI REGIS Anni septe. GODESCALCUS anni tres, fugiens adventu liuprandi regis, occisus est BENEVENTO DUX IBI ESTITIT.

---

215. fino al principio della serie de' Principi Beneventani, coi numeri scritti o per intero o con cifre arabiche. Il Pellegrini anche pubblica una parte di questa serie, ch' Egli chiama *Appendicula*, da *Ardoinus — in totonicum regnum suum*, nella prefazione pag. 333 col. 1.

[1]) Camillo Pellegrini nel primo Appendice della Storia de' Principi Longobardi presso il Muratori S. R. 2. Tomo II pag. 333 e 334 Milano 1723 pubblica il principio di questa Cronaca da — **Anni ducibus beneventi**.... fino alle parole — **cum fratre suo, anni XXII indict. IIII**.

ARECHIS Anni viginti novem. ISTE PRIMUS APPELLATUS EST PRINCEPS. GRIMUALDUS FILIUS EIUS Anni viginti. GRIMUALDUS ALTER THESAURARIUS Anni X, menses I, dies XV. SICO Anni sex, menses duo. SICARDUS FILIUS SICONI Anni tres , mense dece. RADELCHIS Anni tredecim. Huius temporibus divisus est principatus beneventano inter siconolfus et ipsum. RADELGARIUS FILIUS EIUS Anni quattuor, menses tres. ADELCHIS FRATER EIUS Anni viginti quattuor menses sex. GAIDERIS FILIUS SUPRADICTI RADELGARII Anni duo, menses VI, dies nono X. RADELCICHIS FILIUS SUPRADICTI ADELCHIS Anni tres menses VIII dies XXI. AIO FRATER EIUSDEM RADELCHIS Anni sex. URSUS FILIUS PREDICTI AIONI PUER DECIMUS, Anno uno. Cuius tempore sabbaticius stratico cum valida manu grecorum venit beneventum tertio idus iulii, obseditque eam usque quintodecimo kalendas novembris. In qua pace facta, Ingressus est eo die completis anni CCC triginta, et aliquod mensibus. A zottone primatum beneventi, quibus langobardi primatum tenuere, Beneventane provincie tribus denique annis, novemque mensibus, Et diebus vigintibus dominatio grecorum tenuit beneventum samniique provincia. Postea vero wido marchio beneventum ingressus in die XIIII, tenuit eam annis duobus, mensibus VI, quibus expletis, in eadem civitatem Ingressa est Ageltruda imperatrix Kalendis aprilis, et egressa est exinde mense augusto , Papiamque reversa est cum ipso marchionem, et radelchis fratrem suum benevento principatum restituit. Post istos autem omnes Domnus atenolfus tenuit principatum beneventi solus annum unum. Quo completo, domnus landolfus filius eius factus est princeps. Et iamdicto pater cum filio suo annos X, menses sex, Domnus landolfus cum patre suo annos novem, et sine patre suo simul cum domnus atenolfus fratre suo annos triginta duo in indictione IIII. Domnus atenolfus frater eius factus est princeps Nono anno principatus domni landolfi fratri suo. Eodem anno quo defunctus est pater illorum, et tenuit principatum simul cum fratre suo annos XXII, indictione IIII.

[1]) Gisolfus quoque beneventanorum dux, SORAM Romanorum civitate, ARPINAM, Atinem, ATQUE VERO ARCI pari modo oppida cepit, qui idem gisolfus tempore iohanni papa, sua omni cum virtute campaniam venit, Incendia et depredationem faciens, Multos cepit captivos, et usque in locum qui orrea dicitur, perveniens, castrametatus est, Nullusque ei resistere potuit. Ad

---

[1]) Carlo Troya nella parte IV dell' op. cit. pag. 266, 267, 268, 269, pubblica anch' esso un brano di questa Cronaca colla intitolazione: ***Memoria di Gisulfo I Duca di Benevento, malamente confusa con quella di Gisulfo II, che tenea quel Ducato nell' anno 747, dal fol. 189 del Codice Cavense delle Leggi Longobarde.***

hunc postifex, missis sacerdotibus cum apostolicis donariis, universos captivos de eorum manibus redemit, Ipsum quoque ducem suo cum exercitu ad propria repedare fecit. Cuius uxor scaniperga nomine, in urbe casinatium in idolorum templo beati apostolorum principis petri honore altaria statuens, Igonas et ministeria, vel ceteris, hac optimis muneribus illustrans, et devota mente succedine memoranda reliquid. In eiusdem vero arcem, quo mello dicitur, ubi decenter beati corpus benedicti umatum est, hisdem gisolfus armipotens dux cum conscendisset, Tunc divino tactus amore beati petri benedicti in circuitu montana planiora conferens, et fixis donariis posteris habenda in perpetuum concessit. Sed propter hostium irrutionem, Marcas [1]) tantum ad incolarum contamine dimisit, ceterum ob laborum suffragia exercendum vicinis precepit, tam in seminibus, quam messuum tempora monachis obediturus [2]).

Landolfus senior tenuit capua vetere anni vigintiquinque, menses quattuor, Et fecit civitatem novam in monte trifisco, quam dominavit anno uno, et menses octo. Quo defuncto, successit ei lando filio eius, qui nono mense antequam moreretur ad pontem teodemundi, multos virili certamine neapolites interemit. Cepitquae nongentos, et dominavit eamdem civitatem

---

[1]) Dopo la parola **Marcas** il Troya scrive fra parentesi (**Marcheos**) e poi nella nota 5) op. cit. pag. « 268 : « **Marcheos**. Questa è la lezione del Codice 353 di Montecasino e dee tenersi per la sola vera. « **Marcheos**; cioè i Marchesi, ovvero i custodi e difenditori delle Marche, sì del Regno Longobardo verso « le confinanti nazioni, e sì delle Provincie dello stesso Regno fra loro. »

[2]) Dopo la pubblicazione del brano anzidetto, nella prima osservazione sulla verità della donazione di Gisulfo II a Montecasino, ecco quel che scrive il Ch. Troya. « Che non s'è ardito, che non s'è scritto per dichiarar falsa questa donazione? Tutti credevano, o facevano il sembiante di credere, che « non ve ne fosse altro ricordo, se non presso Leone Marsicano, Cardinale Ostiense, nella sua Cronica di Montecasino. Laonde.... qui dirò che Leone Ostiense non vuol tenersi per l'inventore della « donazione Gisulfina; e che tal favola, se favola fu, si raccontava molti e molti anni prima della nascita d'esso Leone Marsicano. Ed in verità l'attestato storico della donazione si legge nel Codice « 353 di Montecasino e diessi alla luce dai P. Abati della Noce e Gattola; poscia in modo più ampio « dal P. Tosti. Ma ignorarono questi ed altri Scrittori Cassinesi, che i racconti del Codice 353 su tal « donazione furono verso il 1004 inseriti nel lavoro di chi scrisse, o copiò il Codice Cavense, ove si « contengono le Leggi Longobarde. Io credo, ma chi potrebbe affermarlo?, essere il primo ad ascoltare questa nuova testimonianza; od almeno quest'eco lontana ed inaspettata intorno al fatto di « Gisulfo II. »

annos XIII, menses novem. Quaem cum cremata esset ab ignem, venit cum fratribus suis, Idest, Landone, PANDONE, Landolfo episcopo, ET LANDENOLFO ad ponte casulini, et condiderunt ibi civitatem novam, que nunc est capua. In qua iamdicto lando vixit anni quattuor, menses novem, cui successit lando filio eius, et tenuit capua menses sex. Et proiectus est de eadem civitate a pandone thio suo. Qui ipse pando tenuit comitatum capuane civitatis Anno I et mensibus IIII. Cui successit in regimine eiusdem civitatis [1]) landolfus episcopus frater eius, quam dominavit annos tres, menses novem. Quibus expletis, Venit Ludoicus imperator, stetitque in capua menses novem, et habiit barim. Super quam sedit annos IIII, et cepit eam, simulque feodam regem saracenorum cum aliis plurimis. Qui beneventum reversus, captus est a beneventanis mense Augusto. Sed dimissus ab eis, qui districtis sacramentis, recessit a beneventu, et infra tres dies ac noctes Habiit berde, in qua deguit menses XI, Inter quos postulatus a lando episcopo, Iterum venit, et per quosdam comites suos, antequam ille capuam adveniret, Multis interfecti sunt sarracenis, Ita ut decem milia [2]) pauci remanerent, quia magno exercitus sarracenorum super salernum residente venerant, sed audientes mortem proximorum suorum, paululum supra eamdem civitatem commorantes, reversi sunt in terram suam. Ludovicus imperator, hoc audiens, quia voleret ire super eos, Reversus capuam, in qua uno anno commoratus, reversus est franciam, in qua eodem anno defunctus est. Landolfus autem comes et presul ante adventum iam fati imperatoris, et post eius decessum tenuit capua annis tredecim, quoquae cedente, pandenolfus nepus eius factus est episcopus [3]) eodem tempore. Sed suggerente adversario christiane fidei, factus est eodem anno divisio eiusdem episcopatui a iamdicto pandenolfo, qui hodii et invidiae accensus ardore, landenolfum fratrem suum laycum inordinate totondens direxit romam, eumque iohannaem papa multa prece deposcens episcopum fecit. Qua de re non parva inter parentes virorumque aepiscopo

---

[1]) Pellegrini op. cit. pag. 334 col. 1. v. 19 **in regimine eidem civitatis**, invece di **in regimine ejusdem civitatis**.

[2]) « In Cod. Cass. **de duodecim**. *Sed Erchempertus N. 35 stat pro hac Cavensi lectione* (Pellegrini l. c. Nota 3).

[3]) « *Locus mutilus, qui integer est in Cod. Cass.* (Pellegrini ibid. Nota 6). Ecco il luogo intero come si legge nel Codice Cassinese 353 fol. 289 col. 1: « *Quo recedente; Pandenolfus nepos ejus « factus est Comes Capuae et Landolfus filius Landonis factus est Episcopus; eodem tempore. Sed suggerente* etc.

rum nata est discordia, Ita ut odium fieret plurimo tempore. Denique iohannes papa, tali comperto flagitio, advenit capuam, ut discordes ad concordiam revocarent. Divisionem facta, unum constituit in civitate capua, Idest landenolfum episcopum, Alterum landenolfum episcopum in sancta maria, cognomento suricorum. Et facta est pacem inter eos; sed paululum perdurantes, Reversus est ad sedem propriam. Iterumque factus est inter eis divisio, quod non multum temporis pax secuta est. Denique pandenolfus, completis in comitatu annis tribus et mensibus octo, fecit convivium cum his parentibus suis, plurimis sacramentis eos obligans, ut non eum quolibet malum nocerent, sed periurantes ceperunt eum, et diviserunt inter se comitatum capuanum. Landolfus aepiscopus adeptus est totum episcopatum Kalendis novembris, indictione prima. Lando etenim pater ipsius landolfi episcopi fuit comes capuae annos duo, menses x, Cui successit landolfus frater eius vicem illius retinentes capuam annum I et menses quattuor. Quo vivo decedente mense ianuaria, cepit capuam atenolfus comes, quem annis tredecim mirifice regens, Postea factus est princeps beneventi, completisque in principatu annos dece, menses VI, vita privatus, reliquid eam filiis suis, Domno landolfi et domno atenolfi christianissimis principibus. Ipse domnus landolfus filius eius regnavit annos XLIIII, et landolfus filius eius regnavit annos XXII. Pandolfus princeps regnavit anni triginta et octo, quem vidimus. Landolfus princeps filius eius, quod cum eo quem postea regnavit anni XIIII, Periit inter agarenis, Landenolfus frater eius anni X menses VIII. Iste landenolfus princeps interfectus est a capuani ad sanctum marcellum, feria quinta paschae [1], Cuius corpus nudus reliquerunt in platea. Monachos de sancto benedicto cenobium rapuerunt corpus eius, et sepelierunt eum ante secretarium. Per idem tempus ostendit dominus deus mirabilia super eum: quidam claudus ad sepulcrum eius veniens, obnixeque christum deprecans, per intercessione domni landenolfi principis et martyris, qui sine causa occisus est a suis, cuius corpus illic requiescet, ei sanitatem retderet [2]; Qui statim super eodem sepulchrum soporatus totam quievit noctem. Mane autem facto, sanus surrexit, deo gratias referens, ac si de ullo devilitate membrorum numquam habuisset. Nam per eodem tempore venit ugus marchio cum suos exercituos, Et transmundo magnificus comes, obsederunt ca-

---

[1]) « *Hoc est XII Kal. Maji, ut in antiq. Emort., ac proinde feria 5 Paschae in ann. 993.* (Id. ibid. Nota 13).

[2]) Pellegrini op. cit. pag. 335 col. 1. v. 6. rederet per retderet

puam per aliquantis diebus et postea recesserunt mefino [1]. Missis direxit suis ad capuam peragendi placita, dum omnes fuerunt placito, et homicidia invicem, statimque ipsi franci apprehenderunt illis pariter, Vinctos perduxerunt eos ante ugonem marchius in mefino, ubi aderat. Inquisiti ibi omnes per ordinem de homicidium quod fecerat, cumque inquisitim habuisset illos ugonem marchio cum suis consulibus de morte huius principi, misit eos in romaniam, et suspendi fecit illos per loca viarum singula. Cumque ipsi capuani occiderunt suum principem cum gladiis et fustibus, sicut iudei dominum, Eo quoque die festinos miserunt missos ad laydolfum frater eius quotianus erat comitem, ut iret ad capuam, et facerent ipsum principem. Hoc illo audito de morte huius principi, cum gaudio surrexit et pergit ad capuam Et fecerunt illum principem. Quibus idem domnus laydolfus princeps egit in ipso principatu annos septe. In hoc autem venit otto tertius imperator capuam, habiit [2] in gargano ad sanctum michahelem, et revertit romam. Ideo direxit suum exercitum cum ademari marchius capua et neapolim, non pro rebellio, Sed tulerunt ex eis stadiis et receperunt a maioribus capuae sacramenta fidelia ad eodem imperatorem, Et recesserunt cum ipsi obsides. Post dies vero aliquantos, Iterumque ademarius cum alamannis et francis pergit ad civitatem neapolim, et laydolfus princes cum eis simul aderant. Ingressi ergo neapolim, apprehenderunt ipsum magistrum militem nomine, Et duxerunt illum in capuam. Alio vero die similiter ingeniose, et apprehenderunt ipsum laydolfum principem, et landone de caiatias, in simul cum eos capuanos nobiles, et separati miserunt illum in exilium, et maria principissa uxor laydolfi similiter misit in exilium. Predictum laydolfum deposuit ipse imperator de honorem suum in romam, Et exiliatum transmisit illum, nec non et predicto magistro milite, Et gaideriso, et lando de caiatias, omnes ipsi separatim, ad regnum ultra alpiae [3]. Reliquis ipsi nobilis capuanis exiliatis in singula loca per arta custodia, Tunc hisdem imperator tradidit ademari principatum capuanum, Et undecimo die, stante mense martio, Ingressus est ademari in capua, et regnavit in ea menses quattuor.

---

[1] « *Teano Minianum per* **Mefinam** *iter esse, ait Richard. de S. Germano ad ann. 1229, unde nunc* **Rocca Monfina.**, (Pellegrini l. c. Nota 3).

[2] Id. ibid. col. 1. v. 35 **habuit** per **habiit.**

[3] Id. ibid. col. 1. v. 58 **separati ad Regnum vel tra Alpie** per **separatim ad regnum ultra alpiae.** Qui poi, a mente dello stesso Pellegrini, per Alpi bisogna intendere l'Appennino, secondo il consueto stile delle Leggi Longobarde, che usano *Alpes pro Appennino passim.*



D. Maurus Schiani O.S.B.f

Lit. Richter & C. Napoli.

[1]) DOMNUS ARECHIS PRINCEPS

INCIPIT CAPUT DOMNI AREGIS [2]) PRINCIPIS.

I. Si quis hominem pauperem absque parentibus nichil etiam.

II. Si quis germanum alterum germanum abortalitate.

III. Si quis filium post mortem patris eius pulsaverit ut assolet.

IIII. Si quis occiderit monachum vel presbiterum, aut diaconem.

V. Si pater filie non habentis germanum, aut germanam.

VI. Si liber homo habens uxorem liberam nichilque proprium possidens.

VII. Ut adolescentem ante X et VIII annos aetatis.

VIII. Nullus homo habens uxor legitimam filiis vel filiabus.

VIIII. Si quis libertorum seu libertinorum ostenderit preceptum.

X. Ut primi haeredes obligationem vel debita propinquo.

XI. Si quis silva propria plaustrum invenerit.

XII. Si quis cuiuslibet homo filia, vel soror, aut qualibet.

XIII. Si quis hominum furtivam arte, vel quolibet modo.

XIIII. Quecumque mulier propria res habens morte mariti.

---

[1]) Nel foglio 182 *recto* si vede la figura di Arechisio riccamente vestito, con corona in capo e scettro fiorito in mano. Egli sta seduto coi piedi poggiati sopra una predellina, parlando ad un uomo che gli mostra il libro delle leggi. Anche un' altra figura si vede a sinistra del Principe con piccolo scudo al braccio e larga spada poggiata sulla spalla. Le sole parole scritte in questa pagina a grandi lettere onciali di colori diversi sono quelle che si leggono ai due lati del capo di Arechisio e dicono: DOMNUS ARECHIS PRINCEPS. Vedi il fac simile.

Dopo l' indice dei capitoli, senza prologo cominciano le leggi di Arechisio nello stesso foglio *verso* « 14) *Fol. 193-200 praemissa imagine Arechis principis, ejusdem capitula sequuntur fol. 193-198 :* « *item fol. 199-200 post imaginem Adelchis principis ejusdem leges habentur.* » (Fr. Bluhme M. G. « H. L. c.)

[2]) « *Princeps iste Arichis praeter summi Dynastae insignia, nimirum Principis nomen, et coro-* » *nae usum, Legis etiam condendae potestatem, deleto Rege Langobardorum Desiderio, videtur* « *usurpasse; et post ann. Chr. 774 hoc edidisse Capitulare: nostrates enim Langobardi etsi in Regno* « *non censebantur, cuius pars Tuscia posita dicitur in Longinquo; Leges tamen servarunt caeteris communes*. (Pellegrini L. c. Nota 8).

XV. Si quis terra vel mancipium per XXX annorum circulo.

XVI. Si quispiam rem propriam inspiratus pro anima sua.

XVII. Si quis absque permissum pontificis vel custodum.

I. Si quis homo pauper absque parentibus, nichil etiam habens ex quocumque negotium secundum legem potenti homini iuratus fuerit, ita decernimus, ut solus prevetu sacramentum, quin etiam modo simili potens iuramentum quando ei contigerit, pauperi singulari exibeat. Si vera pauper aliquantula substantiola habuerit, cum quinque secum iuret, similiter et hoc quinario numero potens, pauperi satisfaciat.

II. Si germanus alterum germanum abortalite primum percusserit, posteaque cussus [1]) dolore stimulatus se defendendo percussorem occiderit, hoc itaque censimus, ut iusta persone interfecti qualitate, talem fratricidium componatur.

III. Si quis filium post mortem patris eius pulsaverit, ut asolet dicendo, quod ei aliquid premii nomine pro qualibet causam dedisset, aut forsitan, dum pater eius adviveret, per vim aliquid attulisset de his prepositis causis ostensio dumtaxat fieri non potest, nec non et ipse filius responderit, nequaquam talia scisset, Idcirco iuraturus [2]) dicat, quod nec non neglexisset perquirere, nec de ipsis rebus unde pulsatus est, aliquod signum apud se repperisset.

IIII. Nonnulla flagitiorum veteres iuris periti dum fieri posse non crederent decernere precaventes posteritati erronea relinquere vestigia. Ad nunc crevescentibus malis, et fieri posse creduntur, et quod dictum nephas est, facta videntur, actenus religiosorum homicidia, eoquod pote aut inerme genus, aut in omnibus venerandum haberetur, nullus compositionis experta lex iudicalia [3]) calculo claruit. Et si quondam forsitan contigisset, aut sub ostensu legalis neglegentiae, vel oblite rationis obmittebatur, aut certe censorum opinatione, aut illud, ut cuique libitum erant, decernebatur; Ideo, sicut omnibus simul aequissime placuit, Sancimus, ideo precepimus, ut si quis deinceps occiderit monachum, vel presbiterum, aut diaconem primatum tenentem, componat solidos CC, vel supra, ut principi patriae placuerit, usque trecentos, de ceteris vero personis inferioris gradus que in palatio deserviunt, ducentorum solidorum compositio preveniat, de reliquis autem ecclesiasticis qui extra palatium deagunt CL, sicut de laicis, qui exercitalibus militant armis.

[1]) Id. ibid. pag. 336. col. 1. **posteaque percussus dolore** per **posteaque cussus dolore**.

[2]) Id. ibid. **idcirco juratus dicet** per **idcirco iuraturus dicat**.

[3]) Id. ibid. col. 2 v. 2 **et aperta lex judicialia** per **experta lex iudicalia**.

v. Si pater filiae non habentis germanum, aut germanus sorori occisi fuerint, Ita nobis rationis iudicio complacuit, ut, sicut in rebus patris vel germani saecundum lege hereditates possessure sunt, Ita et occisorum compositiones hereditariae sibimedipse exigant.

(vi.) [1] Si liber homo habet uxorem liberam nichilque proprium possidens, talem culpam perpetraverit pro quadam natus, questori saecundum legem in manu pro servo tradendus fuerit, Ipsa uxor maritum tantum custodiant; Ille vero qui eum in servitio acceperit de marito eiusdem infra septimanam duos dies, sicut propriis servis, quatenus eam posset nutrire. Sin autem minorem culpam penetraverit, unde mox legis tradendi deest subestimatione iustissima vir et coniux deserviat ei cui culpatum est, usque ad prefinitum tempus. Post constitutionis autem dies libertantur, in pristinam libertatem. Et si ipsa uxor tantum culpata fuerit, eisdemque modis, ut de viro superius censuimus, simul de utroque equalitate sententia detur. Ita tamen, ut eius qui eos acceperit disciplinis et imperii, sicuti servi subiaceat. Si vero infra constitutum supradicti servitii tempus, alteram alteri homini ingesserunt culpa, vir aut coniux im perpetuum servi tradantur, et reus per dies ut supra sibi concessum, uxorem nutriant; Ipse vero dominus traditi unde prior servo, si contigerit pro iniuria hab eo, illa iustitiam querenti persolvant.

vi. Et hoc constituimus adolescentem ante x et octo anno aetatis, non posse solius ori sui manifestationem condempnari.

vii. Nullus homo habens uxor legitimam, filiis vel filiabus, qui ex altera inlicita coniuge procreantur, legitima vivente per quolibet ingenium aliquid donatione facere posse, Maxime dumtaxat qui de incerto coitu nascuntur ex nuverca, idest matrinia, aut previgna, idest filiastra, vel cognata, que est uxor fratris, aut ex germana uxoris vel etiam ex consobrina generantur, omni modo prohibeamus, nullo quolibet argumento quod contingaveri, vel dici humana versutia potest, his donationem facere posse, qui hoc facinus contraxit.

viii. Si quis liberorum, seu libertinorum ostenderit [2]) preceptum libertatis quondam scriptum

---

[1]) Avanti a questa legge nel nostro Codice manca il numero VI., che si supplisce fra parentesi, e parimente fra parentesi si emenderanno i numeri successivi per così avere le leggi in piena corrispondenza coll' Indice. Il Copista del Cod. Cav. trascurò di scrivere il numero avanti la legge sesta e lo scrisse poi avanti la settima e così continuò sino alla fine, e si trovò col numero XVI avanti l' ultima legge invece di XVII.

[2]) Pellegrini op. cit. pag. 337. col. 1. v. 1. **seu liberti natum ostenderit** per **seu libertinorum ostenderit.**

ante reversionem domni gisolfi de traspado, et falsum proculdubio apparuerit, Propterea, si manifestare potuerit illis diebus scriptum fuisse quos prediximus, in libertate permansisse, Ita profecto censemus, ut quodquod ex tali libertate superstites sunt, sive homines, sive mulieres, in pristinam servitutem revertantur. Filii vero, vel filie eorum, qui de genus uxoribus procreati sunt, libertatem cum matribus permaneant.

VIIII. Pervenit ad aures sublimitatis nostrae, quod quidem hominum versuta calliditate inbuti, propter obligationes vel debita que fecerant propinquioribus parentibus, qui iusta legem heredes eorum futuri sunt, testamentum donationis ammittant, ut questores eorum creditas res facile perdant. Propterea sic namque decernimus, ut primi heredes obligatione vel debita propinquorum persolvant, dehinc quod residuum fuerit de rebus eorum, sibimet assumant.

X. Si quis in silva propria plaustrum, quod vulgo dicitur carrum, honustum lignis cum bubulis deprehaenderit, et fortasse ad domum suam perduxerit, per unumquoque lignum que imposita sunt plaustro, his cuius bobes, et veiculum fuerint, novem ligna componat. De plaustro vero, sicut lex testatur, iustitiam preveniant.

XI. Satis infamis et inlicita consuetudo temporibus istis hinnolevit, dum quaedam mulihercule defunctis viris maritalis dominature salute licentius proprii arbitrii libertatem fruuntur, Abitum sanctimonialis in secrete domi suscipiunt, ne vim nuptialem perpatiantur quippe tuta sibi, cuncta fore arbitrantur, si coniugalis dominatui non subiciantur. Sicque fecit, ut sub optentu regionis demta omni formidine quicquid animo delectantur, licentius assequantur. Namque deliciis affluunt, commessationibus student, potibis vineis ingurgitantur, lavacra frequentant, et quanto magis assequi possunt, tanto eodem habitu immollitiae delectationesque vestimentorum habutuntur. Igitur, si quando in plateas processure sunt, facies polliunt, manus candidant, incendunt lividinem [1]), ut vescentibus incendia misceant, sepe etiam formosus videre, atque videri impudentius appetunt. Et ut breviter dicat ad omnem lasciviam voluntatemque animi frena relaxant, Hoc quoque proculdubio luxuriate vite fomite succensa exurunt eas carnis incentiba, adeo ut non solum unius, set quod dicit nefas est plurimorum prostitutionibus clanculo substernantur, Et nisi uterus intumuerit, non facile comprobatur. Talem itaque pestem execrandam modis omnibus contestantes instituimus, Ut uiuslivet affinitate iuncta, innupte, vel viduae velamen sancte religionis induerunt, et intra anni circulum eas quatenus voluerit, vel potuerit in monasterium trudi dilataverit, propterea si stupri crimine

---

[1]) Id. ibid. v. 48. **incedunt lividinem** per **incendunt lividinem**.

detecte fuerint, componant guidrigild suum in palatium : Princeps videlicet eiusdem temporis, cum ipso guidrigild, rebusque propriis retrudat eas in monasterium.

XII. Divine legis auctoritas communans testatur. Si quis in captivitatem duxerit, In captivitatem vadat. Hactenus adeo hec patria crudelis limine perviciem perpetitur, ut etiam trans marinis paganitatis gentibus, eius habitatores indifferenter vendant, propterea presenti iudicio, sententia damus, ut si quis hominem furtiva arte, vel quolibet modo extra provinciam vendiderit, sic eum componat, sicut his qui infra venenumdant. Ita tamen, ut venditoris persona, ultra mare venumdetur. Si vero pauperrimus fuerit, nichil habens unde compositione procedant, quod superest persona eius ut supra trans mare venalis vadant.

XIII. Quecumque mulier propria res habens, mortui mariti lectum caste servaverit, et de rebus suis aliquid pro anima sua iudicare voluerit, que eius minime consenserint, sicque prospeximus, si duos filios habuerit, tertiam partem de rebus suis disponere liceat, Si quidem tres, septimam partem ; Si quattuor habuerit, nonam ; Si vero amplius, per hanc numerum ratiocinationem, ut contigerit, sorte dividantur.

XIIII. Si quis terram, vel mancipium, per triginta annorum circulos absque pulsationem possiderit, et certa manifestatio dumtaxat patevit, sic namque censemus, ut quicquid edificii, vel incrementis ex his rebus possessor optinuerit, Absque molestationem et depulsationem, sicut ipsa predicta initia ulterius possideant.

XV. Si quispiam rem propriam inspiratus pro anima sua locis venerabilibus decrevit, non reputetur extraneus, vel inimicus parentibus, sicut in lege nefas scriptum est, Sed sit sacramentalis [1]), si oportunitas incumbit, et heredes proximorum modis omnibus habeatur.

XVI. Si quis hominum causa temerario absque permisso pontificis, vel custodum aecclesiasticorum mortuum in basilica sepelierit [2]), Hac ratione perpendimus, componat solidos quadraginta eiusdem venerabili loci rectoribus, de sepulto quidem supradictis personis, ut libet, conveniatur. EXPLICIT CAP. DOMNI AREGIS.

---

[1]) Id. ibid. col. 2. v. 41. **sed sit sacramentum talis** per **sed sit sacramentalis.**

[2]) « *In Basilica ne dumtaxat; quod communiter tunc vetitum: an etiam in ejus Atrio, et Coemeterio, in quo frequentius humabantur?* (Pellegrini ibid. Nota 8).

[1]) ADELCHIS PRINCEPS

INCIPIUNT CAP. DOMNI ADELCHIS [2]) PRINCIPIS.


I. Si servus libera uxorem tulerit.

II. De homine pagano.

[1]) La figura di Adelchi, Principe di Benevento, in piedi riccamente abbigliato, con corona sul capo e scettro fiorito nella mano destra, mentre colla sinistra accenna alle leggi scritte sotto i suoi piedi, si vede nel foglio 188 *recto*. Vedi il fac-simile. Nello spazio inferiore del detto foglio, e propriamente negli ultimi sei righi, dopo **Incip. cap. dom. Adelchis princ.** in rosso, è scritto in nero coi numeri di color rosso l'Indice delle Leggi, che finisce al terzo rigo dello stesso foglio *verso*, e subito cominciano senza prologo le 8 Leggi o Capitolare di Adelchi.

Oltre il Pellegrini l. c., ed altri molti, anche il Vesme nell'Appendice V della sua opera Edict. R. L. riproduce questo Capitolare di Adelchi coll'aggiunta di un Prologo inedito, che noi qui in nota a suo luogo riporteremo. Siccome però ne parla, e nella Lett. al Prof. Merkel pag. 679 e 680, e nella N. C. n. 451, ci si conceda di trascrivere quel ch'ei dice in quella e in queste. « Nella V Appendice « fu da noi ristampato il Capitolare di Adelchi, stato già pubblicato dal Pellegrini, e poscia più « volte ristampato; ma qui corretto ed arricchito di un importante prologo inedito secondo il co- « dice di Madrid. Corrotte ne sono tuttavia le note cronologiche, poichè l'indizione quinta darebbe « l'anno 857, laddove l'anno duodecimo del ducato di Adelchi ci porterebbe all'864. Oltre ciò nel « codice di Madrid il capitolare viene attribuito ad Arechi, ma per solo errore, credo, del miniatore; « poichè e l'autorità del codice della Cava, e tutto il contesto del Capitolare e particolarmente del « prologo, non lasciano dubitare del vero autore. » — *Hoc Adelchis Beneventani principis Capitulare « primus e Codice Cavensi edidit Camillus Peregrinus; ex qua editione saepius repetitum est. Deest « tamen prologus in Cav., atque inde in edd. Nos hoc capitulare ope codicis Matritensis denuo emen- « datius edimus et prologo locupletatum, in quo multa habentur magni momenti ad Italicam historiam « illustrandam. Codex Matritensis Capitulari nomen ARECHIS DUX praescribit ac dein ducis ima- « ginem sedentis, clerico et ministro disistentibus. Sed, nisi in ipso Arechis nomine peccatum dica- « mus, error forte ortum ex eo, quod post inscriptionem Arechis ejus Capitularia et subsequentium « aliquot principum, perierint in codice unde Ma. derivatus est: nam Adelchi Capitulare esse adscri- « bendum cum Codice Cavensi, certissime constat ex integro ipsius contextu, praesertim ex prologo, « ac potissimum ex mentione Adonis ejus fratris episcopi.* »

[2]) « *Sedit Adelchis ab. ann. 854 ad 878. De quo Erch. a N. 20 usque ad 39.* (Pellegrini op. cit. pag. 338).


ADEL CHIS PRINC
Incip capit dom adel chis princ.

III. Si mulier morgicapud factum non habuerit, aut factum perdiderit.

IIII. Si quis testem si quisque manibus suis subscripserit.

V. Si quis rem suam obligaverit et eam postea vendiderit.

VI. Si iuraverit quis et periuraverit.

VII. De munimine perdita per ignem aut depredationem postea.

VIII. Ut brebes nonnisi notari scribant [1]).

---

[1]) Dopo l' indice delle otto Leggi di Adelchi, il Vesme stampa il Prologo, di cui già facemmo menzione, che manca nel nostro Codice, e che noi ora qui testualmente riproduciamo.

« *Omnipotens universitatis Dispositor quondam, ut ei placuit, Italiae regnum genti nostrae Langobardorum subdidit. Quorum quidem regibus jam feliciter regnantibus Inspirator bonorum omnium in eorum dignatus est pectoribus serere quemadmodum legis decreta communi concilio sancirent, quibus subditus populus cunctaque gens illa legaliter vivens, nullusque metas statutae legis excedens adversus alterum nihil sinistrum auderet perficere. Idem vero reges, si contra coelitus illa decernere valuerunt, ita prudenter atque humiliter scriptum relinquere voluerunt, ut sequentes reges quaeque superflua in eorum Edictis forsan aspicerent, pumice frangerent; et quaeque minus quam oportuerit forent, pro temporum qualitate adicere non resurgerent. Quod ita caute factum a quibusdam est regibus postea regnantibus, veluti in eorum statutis cognoscitur. Ejusdem vero famosae gentis tunc gloria permanente subito Gallorum gens primatum et capud regni illius invasit. Eo quoque tempore rex Desiderius Langobardorum sceptrum tenebat, cujus gener eodem tempore erat Carolus Francorum rex, qui, sedi ejus invidens et insidians, contra eundem subdole et callide agere non refugit. Quo quidem capto atque in custodia posito, regnum Italiae gentemque Langobardorum suo imperio subdidit. Sicque, decreta dispositione Conditoris eadem gente ad minima delidente, ducatum tunc Beneventi gubernabat Arechis dux, romanus, catholicus, atque manificus; qui imitator existens majorum, suae gentis reliquias rexit nobiliter et honorifice, et, sequens vestigia regum, quaedam capitula in suis decretis sollerter corrigere seu statuere curavit, ad salvationem et justitiam suae patriae pertinentia; quae utilia nempe sunt, et inserta in Edicti corpore retinentur. Longo autem post tempore ad nos quoque ducatum ipsius reliquiarum gentis supernae pietati producere placuit, quos jam infestatio multarum gentium valde opprimit, quae nostros concives conterere et dissipare non desinunt, plurimas nostrorum villas oppidaque cremantes et disperdentes. Et liceat ista nostro excreverint tempore, quibus multum mestificamur, simul et habundaret nequitia profundam capit nostratium, quibus unus contra alterum semper molitur insidias, statuta antiquae legis excedens, cupiensque frequenter quocumque modo suo nocere proximo: de quibus in-*

ff

I. Si cuiuscumque servus liberam uxorem tollere qui ad palatium iusta legem pertinebat, utraque pessima exitit consuetudo, ut eas personas quisquis vellet, expeteret, Amodo autem et deinceps statuimus, ut tanta perversitas nullum habeat locum, sed ipse solummodo eos habeat semper, cuius primum ille fuerat servus, etiamsi illos ad palatium [1]) numquam repetant. Nam potest fieri, ut ipsum-solum habeat dominus suus, quem si hac occasione amiserit, efficietur pauperrimus. Sed si unum, sive plures habuerit famulos, et in unoquolibet eorum istud occiderit [2]) dominus suus, uti decretum est, eum cum illam, quam sibi eam uxorem tulerit, possideat perpetim cum filiis eorum. Et si quis temerarius eos ad palatio petere deinceps presumpserit, petitio illius causa [3]) permaneant.

II. Si quis a quocumque fuerit plagatus, et plagam iudex presentaliter factam aspexerit, et adversarius illam ei egisse negaverit, preveat sacramentum plagatus, quod certius ipse, super quem proclamavit, illam ei fecerit quam ostenderit plagam, postea vero improbus persolvat illi iusta edicti tenore iustitiam absque tergiversatione aliqua.

III. Si clarum manifestatumque fuerit, qualibet feminam consuetudo et legaliter habuisset maritum, Et quartam seu octabam habuisset hab eo sibi factam, eamque perturbatione temporis perdidisse quomodocumque, vel si etiam, ut accidere solens multotiens, quartam eamdem vel octaba non fuerit scripta, propinquis mariti, vel quilibet aliter, eandem quartam vel octaba eidem mulieri rite conpetentem contrare minime presumat, de quibus si ulterius altercationem quisquam proposuerit eius querellam, nullum optineat fructum, quoniam iniquum et re-

---

» *desinenter animus noster contristatur. Propterea, dum talia recidere et corrigere tractaremus, se-* « *quentes praefati Arechis excellentissimus ducis aegregium exemplum, ad imitationem ejus quaedam* « *instituere previdimus capitula ad amputandas quorumdum nequitias congrua. Ideo, communi habito* « *eloquio in hoc nostro Beneventano palatio cum domino Adone fratre nostro venerabili episcopo, seu* « *cum comitibus, abbatibus, caeterisque nostris magnatibus, anno aeducatus nostri duodecimo, mense* « *martio, et indictione quinta, eadem capitula statuire sollicite curavimus, quibus omnis iniquus* » *suam malitiam et iniquitate retundere et refrenare debeat. Quae nimirum in Edicti paginis inse-* « *rere praecepimus perpetuo jure retinenda: quorum primus ista est.* » (Testo Vesmiano Appendice V pag. 202 e 203.)

[1]) Vesme dal M. **a palatio:** « *Cav.* **ad palatium** *male.* (N. C. n. 451.)

[2]) Id. ibid. **acciderit:** *Cav. male* **occiderit** (ibid.)

[3]) Id. ibid. **cassa**: *Male Cav.* **causa** (ibid.)

prehensibilem videtur, ut quod omnes de suis retinent viris aliquante mulieres, pro iniuria [1]) vel aliqua accidentia ammittunt.

IIII. Si quis se testem in quocumque munimine propriis manibus subscripserit de rebus quibus forsitan facto, ad se pertinentibus, Statuimus, ut postea nullo modo inde valeat movere causationem, devet enim sollicite perquirere, et sciret, quod sit illut ubi rogatur subscribere.

(V.) [2]) Si quis rem suam obligaverit cuicumque, et denuo illam alteri vendiderit et emptor, ipsam ante faciem cui obligata fuerit prius, Anno uno expletos possederit, postea exinde nullam contraversiam his qui eam obligata habuit, valeat movere, quoniam neglectui eius rite deputabitur, quod emptorem infra tot spatium exinde appellare contempsit, et quod ab illo obligatore nullam prius acceperit firmitatem, quoniam iustum videtur, ut magis his qui illud pretium dedit, eamdem rem possideat, quam ille solam obligationem retinent.

(VI.) Si quis iuraverit et cognitum fuerit certius iudici quod periurasset, aut famam habuerit periurandi, Si calumniator intentionem proposuerit [3]), quod tunc periurasset fallaciter, et postea ipse qui iuravit, persolvat ei iustitiam, si ceciderit iuxta edicti tenorem.

VII. Si quis casam vel quacumque rem aliquis per munimine habuerit, et illud munimen per ignem aut depredationem postea amiserit, et causator quicumque dixerit, quoniam eamdem casam vel res quam possidet, ei debeat pertinere legaliter, preveat sacramentum idem possessor cum parentibus, quod de eadem rem, vel casa, veracem habuisset munimine, sed ea per igne, Aut a zalatione [4]), seu depredationem perdidisset; si vero his qui querella movit, prius elegerit, ille velle per pugnam approbare, solus iuret qui ipsam tenuerit, quecumque fuerit res, et sic ad pugna pergatur; etenim considerandum est et veraciter credendum fieri potuisse, ut multis, ut muniminis, velut dictum est, amiserint et ammittant, dum et oppida

---

1) Id. ibid. **incuria** *Cav.* **injuria**. *Nostra lectio omnino verior* (N. C. n. 452).

2) Avanti a questa legge e puranche alla seguente nel nostro Codice manca il numero, che si supplisce fra parentesi.

3) Dopo la voce **proposuerit** nel testo Vesmiano si leggono le parole **ex judicio judicis per pugnam ei approbet quod perjurasset fallaciter**, che mancano nel Cod. Cav. e nel Pellegrini; nelle N. C. però pare che dica, che queste parole si leggano nel Pellegrini: « *in Peregrin*: **ex iudicio. . . . ei approbet.**» Nel testo Vesmiano dopo la parola **quod** manca **tunc**.

4) « *Cav.* **a zalatione**. *Significat vox procul dubio* **assalationem** *seu* **assalitionem**, *Italice* assalto. Vesme N. C. n. 452).

et ville plurime a paganis cremate sunt, et nostris ex gentibus meritis sepius cremantur et disperduntur. Ideoque iniquum videtur, ut talibus accidentius [1]) amisso munimine aliqui sit, perdat, si munimen inde non ostenderit, quod iure ei competit [2]) habere.

VIII. Inconveniens usquemodo consuetudo extitit, ut iam quisquis voluisset, si nosse scribere brevem undecumque oportunitas exegisset, amodo autem decernimus, ut soli notarii brevem scribant, sicut et cetera munimina, et quiscumque deinceps brebis fuerint absque notarii subscriptionem ostensus, nullam retineat firmitatem, quoniam multos ex illis deprehendimus fuisse falsos, quod, deo opitulante, cupimus, ut ulterius non fiat.

ITEM CONSUETUDO LEBURIE, ET PACTUM.

Incipit pactum quod constituit domnus arechisi gloriosus princeps, cum iudex neapolitanorum [3]) de servis et de ancillis et de terris, et de legurias, et de tertiatoribus, que communes est inter partes. In primis de liguria, ut quantum neapolitani per viginti annos usquemodo in dominicatu tenuerunt, Nec censum inde in partes langobardorum persolverunt, securiter possideant. Similiter langobardi quantum per viginti annos usque modo in dominicatu tenuerunt, Nec censum inde in partes neapolitanorum persolverunt, securiter possideant. Alia vero omnia fundora fundata, sive exfundatas, homines, et terras, quibus solidi non sunt dati, dividimus per medium. Terras autem, in quibus solidi dati sunt per scripta, firmantes ipsas cartas inter partes per sacramenta cum tribus personis intus domum suam, si voluerimus ipsas terras inter partes recolligere, Licentiam habeant neapolitani reddere medietatem ex ipsi solidis, Et langobardi similiter, et dividere ipsas terras per medietatem. Sin autem dividantur in tres partes: Unam partem tollant langobardi, Aliam neapolitani, et aliam qui ipsos solidos datos habent, Facientes inter utrasque partes talem firmatione in scriptis, ut a tunc securiter langobardi tertiam partem, et neapolitani tertiam, Et ipsi homines qui ipsos solidos habent, tertiam partem securiter possideant. Et fundora vel terras, que in partes langobardorum venerint in sortem, nullo modo ipsi homines qui habitant in ipsa

1) « **accidentis** *Ita Ma;* **accidentius** *Peregr.* (*idest Cav.) forte legendum* **accidentivus** *pro* **accidentibus** (Vesme N. C. n. c.).

2) « **ei iure competit habere.** Peregr. **jure ei competit has habere.** (Vesme ibid.) Il Pellegrini ha la voce **has**, ma nel Cod. Cav. si legge **competit habere,** come nel Matritense.

3) « *Neapolitanorum Duces non nulli dicti etiam, ut hic, sunt* **Judices** (Pellegrini op. cit. pag. 339 col. 1 Nota 3).

fundora, possint infiduciare vel vendere, Aut per qualecumque argumentum alienare in parte neapolitanorum, et si factum fuerit, ipsos solidos pereant, Et ipsas res revertatur in parte langobardorum; Similiter et parte neapolitanorum proficiatur, exceptuamus ex his omnia fundora de leburias qui pertinet ad ipsum principatum capuanum [1]), Fundata et exfundata, et homines, et terras que vobis per capetularem dedimus, quae vos nobis aliquandiu relaxastis, et omnia que in parte langobardorum [2]) venerint, per nullum modum, Aut per qualecumque ingenium querant habere dominationem langobardi. Et terras, seu servos, quos langobardi divisos habent cum neapolitanis perscripta, vel quocumque modo definitum habent inter se, si comprehenserit qualiscumque neapolitanus exinde servum, ad partem langobardorum componat solidos C; et si alias qualescumque res exinde pigneraverit, componat de una causa novem. Similiter et a parte langobardorum perficiat.

Quando institutum fuit facto a domno arechis, gloriosissimo primo princeps langobardorum, cum partem de neapolim et firmatum est, qualiter inter partes esse deberent de terris in liburia, de servis, et de ancillis, de tertiatoribus, et de omnibus causis, Transgressi sunt neapolitani ipsum pactum, et noluerunt de omnibus predictis rebus vivere secundum pacti tinorem, nullo modo consensimus ei illud.

Si quis langobardus habet comparatas terras in liburia, et cartulas emptionis exinde ostenderit, et pars neapolitanorum intentionem inde miserit, Iuret a parte langobardorum tres homines de sex hominibus, quales pars neapolitanorum quesierint dicentes per sacramentum, quia ista cartula veraces sunt, et deinde pars langobardorum retineat sibi duas sortes de hisdem terris, Unam pars langobardorum, Aliam pro ipsis solidis datis, Tertiam vero partem consentit inde habere partem neapolitanorum, cartulas ostenserit, quas eis quiscumque homo fecisset, de terris in liburia. Si audet prior de capua facere iurare tres homines de sex, quales pars de neapolim quesierit, Dicente per sacramentum, quia iste taerrae quas emptas habere dicitis, de illis hominibus fuerunt, qui censum reddiderunt in capua, et sic eos habuerunt comitatus capuanus, sicut alios massarios de liburias, abberentur ipse cartule

1) « *Alto somno tenebatur priscus iste, sed nimis ignarus librarius; qui ex sui temporis usu* **Principatum** *hic supposuit pro* **Comitatum**. *Nam longe post Princ. Arichim capit audiri nomen Principatus capuae. Attentius autem pag. sequ. nomen retinuit* **Comitatus** (Id. ibid. pag. 340 col. 1 Nota 1).

2) Qui pure il Pellegrini nota, che per somma oscitanza il Copista del Codice Cavense usò il vocabolo **Langobardorum** invece di **Neapolitanorum**.

tribus hominibus, de sex, quales pars de capua quaesierit. Et si noluerit pars de capua reddere medietatem de ipsi solidi, quas ipse cartule continunt, dividantur ipse taerrae per medietatem; et si noluerit reddere medietatem de ipsi solidi, dividantur ipse terre in tertiam partem: Unam partem tollat exinde pars de neapolim pro ipsa hospitatica, et aliam pro ipsi solidi, Tertiam partem tollat exinde pars de capua.

Si horta fuerit intentio de fundis exfundanis, et dixerit una pars, quia ista fundora de talibus tertiatoribus fuerunt; Et alia pars dixerit, quia non fuerunt de his tertiatoriis quos dicitis, sed de istis fecerunt quos nos dicimus, non sit inde sacramentum, Ut unaquelibet pars in periurium exinde incurrat, inquiratur diligenter ad qualia hospitatica fuerunt pertinentia antiquitus, et tunc sine sacramentum et periurio poterit inde esse finis. Si censiles homo de leburia patitur oppressiones a parte de neapolim, et nolue exfundare se de ipso fundo, ponit post regiam domus sue ipsum fustem, Sicut antiqua fuit consuaetudo, et vadit ubi voluerit [1]). Si autem pars de neapolim cum parte langobardorum potuerit revocare ipsum tertiatorem in ipsum fundum et fundare illum ibi, potestatem habeant, et serviat ambobus partes, sicut antea servivit. Et si aliunde voluerit ibi hominem fundare, potestatem habeant; Et si hoc facere non potuerint, aut non voluerint, dividant inter se fundum et terris ipsius.

Si liburianus serbus de langobardus mortuus fuerit, Habeat ipse langobardus in potestate sua omnes res illius.

De servis communibus ita fiat. Si exierit de ipso fundo servus ipse, et intentio de eo horta fuerit, ut ipse langobardus eum inde mobuisset, aut ad manum eum apprehendisset, si non audet iurare ipse langobardus, quod ille eum de ipso fundo non mobuisset, aut ad manum eum non apprehendisset, inveniat illum, et revocet eum in ipso fundo; Alia talem faciat ipse neapolitanus ad ipsum langobardum, si eum inde quesierit. Nam sua voluntate sine consilio de ipso langobardo, aut de ipso neapolitano, motus fuerit ipse servus de ipso fundo, et vadit in terram aliam, Tunc dividant ipse langobardus et ipse neapolitanus ipsum fundum per medietatem, cum omnibus pertinentibus de eodem fundo Tamen quandocum-

---

1) « **Censilis,** *qui censum solvit, idem ac* **Tertiator**. *Qui vero subducebant se de aliquo Municipio vel Pago, in alias sedes migraturi Portam domus* (*id namque valet* **Regiam**) *posita, immissaque post eam fuste, seu baculo, ne statim de fuga appareret, caute obserabant. Sed vide num tacitae* **exfestucationis**, *et* **exfundationis** *hic lateat priscus ritus* (Pellegrini ibid. col. 2 Nota 4).

que extra dominationem de neapolim invenerit ipse langobardus eundem servum, Apprehendat eum et habeat eum sue potestatis, sicut suum proprium.

Capitulo adelchis PRINC.

✠ [1]) Repromittimus et iuramus, et iurare faciemus, Nos iohannes consul et dux, vobis domno landolfo, et domno atenolfo, seu et domno atenolfo [2]) principibus, filiis et nepos domni atenolfi principis, quia amodo et semper sumus et erimus vobis veri amici, absque omni mala deceptione, et absque omni dolo, et fallacia, et malo ingenio, et nulla contrarietatem, aut inimicitiam faciemus vobis in toto principatu vestro beneventano, cum omnibus suis pertinentiis, Nec in toto comitato capuano [3]), nec in teano, cum pertinentiis suis, nec in hominibus nostris, Nec nos, nec homines nostris per nostram voluntatem, Neque per qualecumque submissionem nostram; et si factum fuerit absque nostram voluntatem, Iudicavimus vobis exinde secundum legem romanorum, Aut langobardorum, absque malitiosa occasione.

De sarracenis autem hoc vobis promittimus, quia sic per omnia in omnibus pleno animo vos et terram vestram contra eos adiuvavimus, ubi necessarium fuerit, tamquam nosmedipsos et terram nostram.

De leburias autem hoc vobis promittimus, ut terras, servos, et ancillas, seu fundora, per concessiones habetis, vos et homines vestris in liburias A singulis ducibus napolitanorum quae possidetis temporibus domni landenolfi patrui vestri, et domni sergi abii vestri, Si parte nostra neapolitanorum exinde requisitionis habueritis intentionem vos aut homines vestris, Si ausi fueritis inde iurare, Iurent a parte vestra langobardorum sex homines vestris, quales nos voluerimus, ad sancta dei evangelia, dicentes, quia iste cessiones quae ostendimus, veraces sunt, et tunc fiat vobis a parte nostra firmitatis scriptio exinde, ut amplius non sit vobis re-

---

1) Questo giuramento è l' ultimo degli opuscoli ricavati dal Codice Cavense dal Pellegrini. Siccome però nel nostro Codice manca di intitolazione, egli vi supplisce nel seguente modo nella sua Edizione. « *Sequens Pactum antecedenti subjungitur in exemplari nulla prorsus Epigraphe, nec* « *nota praefixa distinctionis. Pactum a Gregorio Duce Neapolis in indicitione XIV, hoc est anno* « *Christi DCCCCXI. Et a Duce Joanne ejus Nepote non ante annum DCCCCXXXIII rursus initum* « *cum PP. Beneventi Landulfo I. etc.* (Id. ibid. pag. 341. col. 1.).


2) « *Atenulfus iste a patre assumptus est in collegam, et successorem Principatus anno 933* « *postquam Atenulfus, ejus Patruus e Principatu fuerat depulsus* (Id. ibid. Nota 2).

3) « *Capuae itaque Principatus institutus nondum fuerat, quod conjectabam sup.* (Id. ibid. Nota 3.)

quisitionis causatio de ipsis rebus, et servis et ancillis, quos et quas predicti continunt cessiones a partibus nostris neapolitanorum, et liceat vos eas habere securiter, et que per cartulas emptionis, seu convenientie, vel divisionis habetis, et homines vestris a partibus nostris neapolitanorum. Si a parte nostra neapolitanorum exinde requisitionis intentionem habueritis vos et homines vestris, Si ausi fueritis inde iurare, Iurent a parte vestra langobardorum tres homines vestris de sex hominibus, quales nos vobis querimus, ad sancta evangelia dicentes, quia iste cartule que ostendimus, veraces sunt, et ipsas terras, quas iste cartule continunt possidemus eas. Et tunc fiat vobis exinde a parte nostra firmitatis scriptio de cunctis rebus illius, quae praedicte emptionis, seu convenientie, vel divisiones continent, et possideatis eas securiter.

De omnibus vero aliis causis unde intentionem habueritis vos aut homines vestri nobiscum, aut cum nostris hominibus, Iudicavimus vobis exinde absque omni dilatione secundum legem romanorum, Aut langobardorum, absque omni malitiosa occasionem. Si vero vestris hominibus intentionem habuerint cum nostris hominibus neapolitani, Aut aliis hominibus nostris de terris in liburias, quam comparatas habent, Ostendentes eis homines nostris cartulas, quomodo comparatas habent eandem terras a langobardis, et auctor paruerit; Si manifestatum fuerint, et venditio ipsa veras sit, et venditor ille iuxta textum cartule defendere potuerit, pars nostra habeat terram illam. Et si defendere non potuerit secundum ipsa cartula, Aut non voluerit, et negaverit, quod ipse eam non fecisset, et pars nostra terras illas possederit, A triginta autem solidis in super, iuret pars nostra cum sex hominibus, quales vos volueritis, ad sancta dei evangelia dicentes, ut cartula ipsa verax sit, A triginta vero solidis in subtus, iurent tres, quale vos quesieritis, Et destringat parte vestra nobis illnm venditorem, iusta textum ipsius cartule. Nos vero omnem compositionem, et legem, et iustitiam, que parti nostre facere debet auctor ille, donamus omnia ea parti vestre langobardorum, per launegilt receptum a vobis exiguum, et faciendum omnia exinde que volueritis, et auctor ille defendat parti nostre terram illam absque omni requisitione; et si pars nostra terras illas possederit per ipsa cartula, Et auctores non paruerit, et aliquod nos a parte vestra exinde quesierint, comberemus parti vestrae cartula ipsa cum sex hominibus nostris, quales vos nobis quesieritis, et ipsas terras habeamus absque omni intentione. Hec autem omnia suprascripta, qualiter continent, in quantum exinde apparuerit, per omnia ita vobis observabimus, et ita vobiscum in antea sedebimus, Sicuti sedet dominus gregorius abius meus vobiscum; Ex quo cum illo suprascriptum capitularium fecistis A secunda die mensis iulii,

scripta carta ista qu(am) fecimus · A · secundo die mens(is)
Iulii. Indic(tione) XIIII. usq(ue) in obitum eius. Ut et solu(m)
modo nomina mutabimus. Hec omnia uob(is)
obseruabimus. Saluas de fidelitate s(an)c(t)or(um) et im
peratorum. Dom(nus) Ioh(anne)s consul & dux.
Gregorius Sathius et Landolfus. Gregorius
f(ilius) dom(ni) Iohi. Sergius f(ilius) dom(ni) Algerni.
Algerius. Ioh(anne)s. Cesarius. Ioh(anne)s. Sergius.
Gregorius. Gregorius. Ioh(anne)s. Gregorius.
Sergius. Petrus. Algernus.



D. Maurus Schiani O.S.B. f   Richter e C. Napoli

indictione XIIII [1]), Usque in obitum eius. Unde solummodo nomina mutabimus. Hec omnia vobis observabimus, Salva fidelitate sanctorum imperatorum [2]): DOMNUS IOHANNES CONSUL ET DUX. GREGORIUS THIUS EIUS. LANDOLFUS. GREGORIUS FILIUS DOMNI IOHANNIS. SERGIUS FILIUS DOMNI ALIGERNI. ALIGERNUS. IOHANNES. CESARIUS. IOHANNES. SERGIUS. GREGORIUS. GREGORIUS. IOHANNES. GREGORIUS. SERGIUS. PETRUS. ALIGERNUS [3]).

IOHANNES CONSUL ET DUX.

[4]) QUANTAS CAUSAS DEBET ESSE IUDICATA SINE SACRAMENTUM.

Memoratorium de quantas causas debemus iudicare sine sacramenta, Idest, de intentiones inter debitores et portunarius. Si mancipium fugaces sciens, transposuerit, Et de mancipio leproso [5]), Creditores et fideiussores, Et qui alio asto compellaverit de pugna, Et qui pulsatus fuerit, quod bobes, Aut caballos in pignus post duodecim noctes plus minasset, Aut tractasset, quam suum proprium fuisset. ITEM QUANTAS CAUSAS FIERI DEBET PER PUGNA IUDICATA.

Hii sunt qui de uxore alterius fuerit minatus, quod adulterasset, Aut cum ea turpiter conver-

---

1) « *Nempe an. 911 ac sequenti ab obitu Atenulfi primi, cum e Costantinopoli rediisset Landulfus* « *I ejus filius. Quo tempore Dynastae Cis-Tyberim omnes in Saracenos coivere* » (Pellegrini ibid. col. 2 Nota 9).

2) «**Constantini, et Romani.** *Quibus praefati etiam Principes tunc obtemperabant* (Id. ibid. Nota 10).

3) Con queste sottoscrizioni, scritte tutte in rosso, finisce il giuramento di Giovanni Console e Duca di Napoli, la cui figura si vede nello spazio inferiore del foglio 196 *verso*. Egli è assiso sopra sedia simile ad un faldistoro con corona in capo e scettro molto semplice nella mano destra, poggia i piedi sopra una predellina e parla ad un personaggio, che gli sta davanti, nobilmente vestito, il quale dal movimento delle braccia e delle mani pare che sia molto preoccupato delle cose che dice. Dalla parte sinistra, dietro al Duca Giovanni, sta lo scudiere con asta adorna di frappe svolazzanti, e tutto intento ad ascoltare colui che discorre col suo Signore. Le parole **Ioannes Consul et Dux** sono scritte ne'due spazii vuoti intorno al capo di Giovanni Duca con lettere onciali binate. Vedi fac-simile.

4) Queste leggi **quantas causas efficiantur** sono scritte nelle due pagine del foglio 197. Il Troya pubblica questo brano, ch' Egli dice « lavoro d' un qualche causidico d' incerta età, che scrisse dopo Liutprando », a pag. 425 e 426 del Cod. Dipl. Long. Tomo secondo, ma fino alle parole **si potuerit**.

5) Il Troya qui stampa **de mancipio laepso**, e poi fra parentesi scrive (**lapso**), ma il nostro Codice **ha** l' abbreviatura del **pro** ed è chiarissimo che dice **Leproso** non **lapso**.

sasset. Item, Si mundoalda alterius striga, Aut fornicaria damnaverit. Item de res quinque annos possessa. Item, Si filius de debita patris pulsaverit. Item de servo, dum in fuga est, furtum fecerit. Item qui alio compellaverit, quod parentes eius per venenum occisisset. Item, qui hominem accusaverit ad regem. Item, si maritus uxorem suam incriminaverit,'quod adulterasset. Hoc clarefactum est qui de aliena uxore adulterata, Vel de res quinque anni malo ordine possessa fuerit pulsatas eius debet esse licentiam per pugnam se defendere, si potuerit [1]).

Memoratorium pro quibus causis filii ab hereditate patris exereditati fiere debet, Idest si in anima patris insidiaverit [2]), Aut si patrem percusserit voluntarie, Aut si cum novercam suam adulteraverit, vel si de uxorem fratris, Aut soror uxoris nati fuerint, Aut si derelicta de consobrini vel insobrini nati fuerint, Aut si de comatrem patri sui, Vel de filiam, quam pater ipsius de sacro fonte levavit, Aut si pater suus illa femina tulerit, quam a genitore suo de sacro fonte levata fuit, natus fuerit. Hos omnes qui de tale coniugio nati esse noscuntur, Heredes patri sui iusta legem non efficiantur.

---

[1]) Al margine laterale del Codice leggesi: gri. cap. VIIII. lib. CXXII. roth. cap. CXCII. roth. cap. CCXXIIII. lip. cap. XI. lip. cap. CXIIII. roth cap. VIIII.

[2]) Di fronte a questa legge trovasi scritto: roth. cap. CLXVIIII.

Mulius rex tres filios habuit. quorum nomina haec sunt.
Armen. Tingus Ostrus. Singuli genuerunt. quattuor nac
generationes. Armen genuit Goathos. Gualanda
los Burgidos. Saxones. Tingus . . genuit Tuscos.
et Langobardos. Burgondones. Baioarios. Ostrus.
genuit Romanos. Britones. Francos. et
Alamannos. Ista codices habet quaterniones XXXIII
folia CCLXV

CCXXII. De cancellaria ubi sto matrimonium est habenda.

nisi ponit pecor
Si quis hominum contra animam regis
cogitaverit. vitae consilio habeat.

Prologus ista quae super
ius scripta contenta in edictis scribantur. et ista duas
capitula desubtus in brevi providimus; ista autem esse.
Hoc autem ista autem esse praevidimus; ut marcas
casi nostri sub Christo custodiente sic debeant
per hordinatos. et vigilantes. ut in nimi
cus. ut gentis nostrae non possint per eas sicul
cas mittere. ut fugaces exientes suscipere. sed nullus homo per eas in ato possit

CODEX CAVENSIS DIPLOMATICUS

Pagina	Versus	Errata	Corrige	Pagina	Versus	Errata	Corrige [1]
25	7	pcr	per	88	19	super	supe-
31	9	*vigini*	*viginti*			ius	rius
55	(in Adn. 1)	arefracere	arefacere	116	11 (Col. I)	Ahenardns	Ahenardus
75	15	qudtur	quadtuor	117	22 (Col. II)	intra Salerni	Salerni
88	2	999	998				

CODEX LEGUM LANGOBARDARUM.

11	9 (Col. 1)	morttus	mortuus	128	1 (in Adn.)	voliminum	voluminum
30*	(in Adn. 1)	fecerit	fugierit	132	26	exceptro	excepto
32	CCCXXI	di	de	145	11	sanar	sanari
39	18	duc	duci	146	(in Adn. 3)	pr pro eo	pro eo
47	(in Adn. 4)	caditi	capiti	150	(in Adn. 2)	sx	ex
55	(in Adn. 1)	posa	pose	151	15	ministraveirt	ministraverit
83	8 (*)	qnomodo	quomodo	157	4	ariolost	ariolos,
84	2	servns	servus	199	(in Adn. 1)	hobent	habent
84	10	diernm	dierum	204	8	ho-	hoc
109	4	IUDIOES	IUDICES	231	1	postifex	pontifex
127	12 (in Adn. 1)	oscintatia	oscitantia				

---

[1]) Huic Volumini *Errata-Corrige* adnectenda curavimus, quo preli quam levissimae mendae a notariorum erroribus decernantur. *Synop. p. LIX. Art. IX. Com. II.*

Ex. J. M.

